1456436

NOVÆ
OBSERVATIONES
AD DECISIONES
D. SCIPIONIS ROVITI

REGII COLLATERALIS CONSILIARII,

Et Regiam Cancellariam Regentis.

CVM APPENDICE IN FINE.

AVTHORE

BLASIO ALTIMARO

VIRO PATRITIO, ET I.C. NEAPOLITANO.



VITTORIO EMANUELE III BIBLIOTECA NAZIONALE NAPOLI

NEAPOLI.
Ex Typographia Caroli Porſile 1688.

SVPERIORVM PERMISSV.

Expenſis Antonij Boliſon.

1456436

Digitized by Google

CLARISSIMO VIRO

DOMINO

D. LVCÆ IACCA

ET NIÑO

Regio Collaterali Conſiliario,& Regiam Cancellariam Regenti, meo Domino Colendiſsimo.

MIRABITVR fortaſsè Lector (Domine Colendiſsime) meæ temeritatis, nè dicam, ineptitudinis, dùm auſus fui Clariſsimo Viro, primi Ordinis Senatori, I. C. Maximo hanc Opellam, facie imperturbata, ſinè dedecore, offerre, dicare; Dùm ſuo Magno Nomini, non Opellæ, non Opera, ſed Operum Bibliothecæ eſſent dicandæ, eſſent offerendæ. Sed parcat Lector, rerum etiam Lippis, & Tonſoribus notoriarum non benè inſtructus, & parum informatus; Scire debet, me non mei, ſed alieni iuris eſſe, in Tuam ſcilicet poteſtatem,tanquam mei Dominum, me ſuum Oblatum, eſſe translatum: & ſic dicando, & hanc qualem qualem Opellam vouendo, non exercere gratitudinis actum, ſed obligationis nexum ſoluere,imò ſi aliter efficerem, vt alteri hanc dicarem, furtum, rapinam committerem, nàm quidquid oblati acquirunt, & agunt, non pro ſe ipſis ,ſed Dominis acquirunt, & pro Dominis agunt. Ceſſet igitur omnis admira-

miratio, & quiſquis antè rem non benè perpenſam, nè erret, non dijudicet. Accipe igitur Domine, leta fronte, & ſupercilio non perturbato, quod Tibi libentèr addico, vouco, & dedico; A Te, ex hoc voto, nihil expeto, nihil exopto, dùm nihil mei, dignum remuneratione, affero. Quod Dominorum eſt ergà ſuos oblatos, eſt ſinere illos viuere, acquirere, & opera multa digna, & fructuoſa peragere, dùm vita, acquiſitio, & opera, ipſorum ſunt. Sine igitur Domine me benè, & letè viuere, me ſua potenti dextera protegendo, & à Zoil s ſua facunda lingua defendendo. Et per annos mille, & mille viue, & vale. Kal. Ianuarij M.DC.LXXXVIII.

Tuæ Dominationis

Humillimus Seruus
Blaſius Altimarus.

A V

A V T H O R

Ad Benigniſsimum Lectorem.

S*Perabas, forſan, benigniſsimè Lector, habere meum, multis elapſis annis, promiſſum opus: de Nullitatibus Contractuum, Diſtractuum, vltimarum voluntatum, & quorumcumq; actuũ extraiudiciariorum, ſed quamuis in illo perficiendo, multo temporis ſpatio, inſudaſſem, nequiui, vſque adhùc, illud, ſecũdum meum votum, ob varia rei familiaris, & publicæ, impedimenta, explere, licet non multum remaneat agendum. Tantò magis, quod, cum iàm impleuerim meæ ætatis annum quadrageſimum nonum, non fuit mihi impleta fides publicè data per Imperatorem Iuſtinianum* in Procemio Inſtitutionum Imperialium in §. ſumma itàque, *ob quàm inſeruatam fidem, adiunctis effectibus hyppocõtricis, ex magno legali ſtudio, peruenientibus, plurima mala quotidiè me angent, quotidiè contriſtant. Imò elapſo anno 1687. dè menſe Auguſti, ad vltimum vitæ ſpiritum me perduxit febris venenoſa orta ex dictis effectibus hyppocontricis, à qua Dei præſidio, & interceſſionibus ſuæ Sanctiſs. Matris, SS. Petri de Alcantara, Frãciſci Xauerij, & aliorum Sãctorum, liber fui die 27. eiuſdem menſis. Exhibeo, & in Tuis benignis manibus pono hanc qualem, qualẽ Opellã* Nouarum Obſeruationũ ad Deciſiones Spect. Regẽtis Scipionis Rouiti, *nè dicas, obſecro, quod fama non creſcit, ſed decreſcit eundo, & quod parturient Montes, & naſcetur ridiculus mus, nàm quamprimum habebis Opus recenſitum, pluribus vicibus tibi promiſſum, & interim hac Opella fruere, & ſcias, quod ſi illa vtilis eſt, & tibi grata, illa ſufficit ad me reddendum immortalem; ſi mala, malum non eſt faciendum, vel quod minùs? Hæc perpende, cogita, & vale.*

AV-

AVTHORES.

Qui laudibus extulerunt D. Blaſium Altimarum, præter illos relatos in principio Tractatus de Nullitatibus, ſunt hi, collecti per me Laurentium Sandalariũ Authoris Amicum.

D. FRANCISCVS MARINVS

Epiſcopus Inſulanus in ſua Poeſi Hieroethica in Epigramm.93.

IN BLASIVM ALTIMARVM.

Summa Iurium peritia inſignem.

DVris Aſtreæ ſtudijs impalluit; vnum
Hinc ornat Pallas Parthenopæa Virũ
Dùm cauſas dicit, cauſas dixiſſe Periclem
Credas; tàm ſimili Blaſius ore tonat
Quin manes habeat facundia mira Clĩetes
Solueret aſſertos minois vrna reos.

CÆSAR FANELLI

In luxu pueritiæ.

Ad Blaſium Altimarum Doctiſsimum æquè, ac prudentiſsimum Virum vtriuſq; Iuris laurea decoratum.

(ſi.
QVis ſis ingenio, et qualis, notiſſime Bla-
Et quantũ ſapias mẽte, animoq; Tuo
Cognomẽ, quod habes, nobis ſatis indicat vnũ
Atq; vnũ ſatis id comprobat. ac docet id.
Dat Mare cognomen, quo nil eſt altiùs, illi
Par animo effulges altus, & ingenio. (gũ
Vnda Maris ſapida eſt, tu noſcis plurima le-
Dogmata iura ſapis, Pragmaticoſq; ſapis
Oceanum iuxtà gẽmas reperimus, & aurũ
In libris legimus gemmea dicta tua
Alcides metas præfixit in æquore nautis
Tu metas figis legibus, atque facis.

D. PETRVS CASABVRI

In ſua Poeſi Itala: Le Sirene, f.59.

Lodo le virtù del Signor Biagio Aldimari negli Eſercizj Legali.

SONETTO.

NEl bel grẽbo d'Aſtrea, credo, che nato
Fur te Lanci Origlieri alla tua frõte,
E ripoſo al tuo cor dando più grato,
Le ſue Leggi, cantando, à te fè conte.

Or vegghiãdo à gli Arreſti, han ben trouato
La Verità della virtù nel Fonte,
Nè mai dubio adombrò lo Stuol Togato
Eſpoſta al Sol della tua mente à fronte.

La Calunnia domar non mai potea
Se le Catene d'or, ch'ogn'hor tù ſcocchi
Temi da labri tuoi non mai prendea.

Per gran gioia il Sebeto omai trabocchi,
Che, ſe cieca moſtroſſi in Tebe Aſtrea, (chi.
Qui diſſerrati à tuoi grã pregi hà gli oc-

D. Ioſeph Cerbone Prothonotar. Apoſtolicus in libello de Cultu antiquo, & recenti SS.MM. Caſti, & Caſſij Epiſcoporum, fol.45. ibi: *Et inter cæteros inſignis Iuriſconſultus Neap. Blaſius Altimarus nobilitate, & generis antiquitate conſpicuus; de Adimari enim Florentina nobili Familia originarius eſt, vt plura authentica documẽta indicant, doctrina, & pietate in hac noſtra Ciuitate notus, ad præſens, de noſtris Sanctis agit in ſuo erudito, & laborioſo Opere, quod præ manibus ha-*

habet, & in lucem quamprimum, etruſca lingua, dabit ſub titulo: Le Glorie, ò vero Felicità del Regno di Napoli. *Quod quidem Opus futurum ſpero, nedùm piæ Fidelium curioſitati gratum, verùm, & vniuerſo noſtro Neapolitano Regno, proficuum, ac ſingulis eius Ciuitatibus, & Oppidis ſingulare præbebit ornamentum, & decus: In illo enim Opere, præter memoriam, & acta Sanctorum, qui in peculiari loco Regni orti ſunt, in lucem etiam prodiet omnium Virorum notitia, qui Neapoli, & in toto Regno illuſtres fuerunt, tùm Scientijs, tùm Dignitatibus Eccleſiaſticis, & Forenſibus, tùm etiam Militaribus Armis ſtrenui; De eis etenim adamuſſim, & ſingillatim aget in pluribus diſtinctis Voluminibus. Qui quidem eruditiſſimus labor, Authoris pietatem, eruditionem, ac ſuorum Operum legalium iàm impreſſorum doctrinam, & excellentiam ſolidabit, confirmabitque ad Dei, & noſtri Regni gloriam, & honorem.*

Idem reperit in Vitis dictorum Sanctorum, fol. 191.

D. Franciſcus Romaguera in Addit. ad Annot. ad Statuta Eugubij, fol. 75. nu. 28. 33. & 41. ibi: *Doctiſſimus modernus Altimar. de Nullitatibus.* & num. 36. ibi: *Et pro mille Altimar.* & fol. 44. num. 20. ibi: *Et vnus pro mille Dominus meus Blaſ. Altimar. in ſuo fecundiſſimo Tract. de Nullitat.* hæ, & ſimiles laudes quaſi in qualibet certa dictarum doctiſſimarum Additionum, fol. 166. num. 21. & fol. 148. num. 44. ibi: *Itàq; libenter confiteor, quod cuncta, quæ hic dicere poſſem, non eſſet, niſi loco annotationis, tranſcriptiones facere, ideò vlteriùs progreſſum omitto, mente obſecata in inſtāti, quo peruenit ad manus meas doctiſſimus Tract. à ſanè Viro in noſtra Iuriſprudentia mirando, ac Domino colendiſſimo meo Blaſio Altimaro de Nullitatibus, ſcriptus, in quo per 41. quæſt. in rubr. 12. inuenies cuncta, quæ hic excogitari poſſent, peruoluendo infinitos Authores, poſſent obſeruari, ipſum conſule, & me gratum habebis ex ſola remiſſione ad tàm ſanè doctum Virum.*

Donatus Antonius Sanctorius in Tract. de regimine Princip. fol. 147. dicit hæc verba: *De qua re tanquam valdè notabili me certiorem fecit Dominus Blaſius Altimarus omnibus laudum encomijs pro ſua doctrina extollendus, & præcipuè ob perutillimum, elegantiſſimumque Tractatum de Nullitatibus, iàm ad Orbis lucem, ſumma ſua gloria, & honore publicatum, meritiſſimuſque ad Religioſiſſimum, & Sapientiſſimum Regium Collaterale Conſilium ob reſtaurationem Pragmaticarum diſperſarum, & malè collectarum ſapientèr ei commiſſam.*

D. Nicolaus Riccius Siculus in Tract. de renunciat. paragij, fol. 50. ibi: *Omninò videndus,* & fol. 218. & alibi.

D. Nicolaus Vincentius Scoppa ad Praxim Sarni, fol. 511. num. 8. ibi: *Quem referens in ſuo laborioſiſſimo, & vtiliſſimo Tract. de Nullit. ſequitur Dom. Blaſius Altimarus vir quidem eminentis ſcientiæ, & generis nobilitate clarus.* Et fol. 624. ibi: *Pleniſſimè agit doctiſſimus Dom. Blaſius Altimarus omninò videndus in laudato Tract. de Nullit.*

D. Carolus Antonius de Luca ad Gratian. diſcept. 146. num. 4. ibi: *Perbellè in nouiſs. Tract. de Nullit.* & num. 10. ibi: *Ingenioſè nouitèr, &c.* & alibi.

D. Iulius Caponus diſcept. 331. num. 6. tom. 5. ibi. *Addit. ad Rouit. conſ. 18. vbi latiſſimè de materia*, & diſceptat. 368. num. 13. ibi: *Vt benè Addit. ad Rouit.* diſcept. 393. nu. 49. in fine, & 50. in fine.

D. Carolus Petra in rit. 266. num. 23. ibi: *D. Blaſium Altimarum ſummi ingenij.*

D. Manfrella ad Reg. Capyc. Latr. dec. 12. num. 11. ibi: *D. Altimarus I.C. perdoctus ingenij perſpicaciſſimus, & eruditæ litteraturæ imbutus*, & alibi.

Dom. Author libri: Palagio della Sapienza, multis laudibus effert D. Authorem.

D. Baldaſſar Piſanus in 2. parte Poeſis Italicæ. Idem facit.

Antonius Bolifon in libello: Guida de' Foraſtieri. Idem facit.

D. Io: Baptiſta Mucci ad to. 1. deciſ. Reg. Sanfelicij ad deciſ. 23. num. 3. ibi: *Benè ſcripſit D. Altim.*

D. Epiſcop. Rocca diſput. Iuris ſelect. cap. 56. num. 17. ibi: *Ibique latè eruditus Altimar. nu. 27. & ſeqq. & alibi in d. opere, & to. 2.*

Il-

Illuſtriſs. e Reuerendiſs. Signore.

CArlo Porſile publico Stampatore di queſta Città di Napoli, ſupplicando eſpone à V. S. Illuſtriſs. come il ſupplicante hà da riſtampare le Deciſioni del quond. Sig. Regente Rouito, con vna nuoua Additione del Sig. Biaſe Aldimare; per tanto ſupplica V. S. Illuſtriſs. à reſtar ſeruita di commettere la reuiſione di eſſa à chi parerà à V.S.Illuſtriſs. che il tutto hauerà à gratia, vt Deus.

D.Canonicus Rodoerius videat, & referat in ſcriptis hac die 7.Septembris 1687.

Sebaſtianus Periſsius Vic.Gen.Neap.

Illuſtriſs & Reuerendiſs Domine.

DEciſiones D.Regentis Rouiti, aliàs in hac Ciuitate impreſſas cum nouiſſimis Obſeruationibus præclariſſimi Iuriſconſulti, & cauſarum patroni Blaſij Altimari à me diligentèr recognitas, ex quo nil continent, quod Catholicis inſtitutis, bonis moribus, vel immunitati, aut libertati Eccleſiaſticæ, officiant, reimprimi, ac publicari poſſe cenſeo, ſi Dominationi Veſtræ Illuſtriſs. videbitur. die 2.Octobris 1687.

Rodoerius Canonicus Deput.

Imprimantur hac die 8.Octobris 1687.

Sebaſtianus Periſsius Vic.Gen.Neap.

Eccellentiſsimo Signore.

CArlo Porſile publico Stampatore di queſta Città di Napoli, ſupplicando eſpone à V.E. come il ſupplicante hà da riſtampare le Deciſioni del quond. Sig. Regente Rouito con vna nuoua Addirione del Sig. Biaſe Aldimare; per tanto ſupplica V. E. à reſtar ſeruita ordinare la reuiſione di eſſa à chi parerà à V.E. e l'hauerà à gratia, vt Deus.

V.I.D.Ioannes Baptiſta Mucci videat, & in ſcriptis referat.

Carrillo R. Soria R. Moles R. Miroballus R. Iacca R. Prouenzalis R.

Excellentiſsime Domine.

VIdi iuſſu tuo librum Deciſionum Spectabilis quond. Regentis Rouiti, vnà cum Additionibus Magnifici Blaſij Altimari; & cum nil habeat, quod Regiam valeat obumbrare Iuriſdictionem, Typis non ſolùm poſſe, ſed & debere mandari arbitror. Vale. Neapoli die 15. Septembris 1687.

Excellentiæ Veſtræ

Addictiſsimus Seruus
Ioannes Baptiſta Mucci.

Viſa ſupradicta relatione Imprimatur, & in publicatione ſeruetur Regia Pragmatica.

Carrillo R. Soria R. Moles R. Miroballus R. Iacca R. Prouenzalis R.

Prouiſum per S.E.Neap.die 24.Septembris 1687. *Maſtellonus.*

NO-

I.M.I.

NOVÆ OBSERVATIONES

D. BLASII ALTIMARI

VIRI PATRITII, ET I.C. NEAPOLITANI

Ad Deciſiones S. R. Neapolitani Conſilij

D. SCIPIONIS ROVITI

EIVSDEM CONSILII OLIM SENATORIS,

Demùm Supremi à latere Conſiliarij, & Regiam Cancellariam Regentis.

Obſeruatio ad Deciſionem Primam.

SVMMARIVM.

1 *Tertius veniens ad cauſam, an, & quando debeat audiri? & nu.2.3 4.& 5. Vbi nuncians nouum opus, an ſit actor, vel reus? & num.6.*

7 *De materia* l.diffamari, C.de ingenuis, & manumiſſ.& l.ſi contendat, ff.de fideiuſſ. *& nu. 8.9.10. & 11.*

AD *deciſ.* 1. In articulo, quando tertius veniens ad cauſam debeat audiri, & in quibus terminis, obſerua fuiſſe deciſũ
1 per S.R.C.anno 1670.In cauſa Iacobi Venturini cum Oratio Pagano, vbi lis fuit inter dictum Iacobum, & Petrum Paulum Coronam, in qua petebat dictus Iacobus, condemnari debere dictum Petrum Paulum ad relaxandũ domum, ſitam in partibus Calabriæ iure dominij, replicabat Petrus Paulus illi nullum ius competere; ſuper hac prætentione fuit cõpilatus proceſſus. Cuius compilationis habita notitia per dictum Oratium Paganum creditorem in actione perſonali dicti Petri Pauli in aliquibus quantitatibus; petijt audiri ex integro in dicto iudicio ob ſuum notorium intereſſe, vt ſi decidebatur faciendam eſſe relaxationem, ipſe erat priuatus ſuo credito, dùm communis debitor nihil aliud in bonis habebat quam dictam domum. Fuit deciſum eſſe audiendum ex integro, in Banca (ſi male non recordor) Venniſti; Motiuum Conſilij fuit, præſumptio aliqua colluſionis inter Partes, & quia creditor ille oſtendebat in promptu, habere aliquas probationes contra illum actorem, & ex dictis per *D. Anthorem hic n.15.*

Obſerua ſecundò, aliam deciſionem S.C.In
2 caſu, quo teſtator iuſſit ſuum filium hæredem, debere ex aliquibus quantitatibus erigere Montem pro nubendis aliquibus de familia. Filius hæres noluit adimplere, ſed in vltimis conſtitutus inſtituit hæredes filias, & fecit nõnulla legata. Inſteterunt in S. C. mulieres de familia vocatæ ad maritagia, & incœperunt compilare proceſſum pro adimplemẽto Mõtis, & deuentum eſt vſque ad citationem teſtium. In his termiois comparuit legatarius quidam dicti hæredis, & petijt audiri ex integro in dicto iudicio moto per dictas mulieres. Fuit deciſum per S.C. anno hoc 1687. eſſe audiendum in terminis, in quibus cauſa reperiebatur, exiſtente Commiſſario Regio Cõſiliario Franciſco Raitano.

Obſerua tertiò, quod ſi tertius aliquis cõ-
3 paret in aliquo iudicio ob ſuum formatum intereſſe, & ſit decretum, quod audiatur, ſi ille habet ſuſpectum cauſæ illius Commiſſarium, Commiſſarius ille, vt ſuſpectus debet abſtinere, per *tex. in l.ſi paritèr, ff.de liberali cauſa, Gaill. obſeru.71.lib.1.nu.7.verſ. Si autem, Anna alleg. 76.num.2.* vt fuit deciſum per S.C. anno 1678. nàm cùm fuiſſet cauſa creditorum Status Galatonæ Patrimonij, qui Ill. Ducis Acheruntiæ D. Coſmi Pinelli iunioris, commiſſa D. Regio Conſiliario D.Stephano Padilla, fuit procuratum per dictum Ducem Acheruntiæ, ad defatigandum creditores dicti Status Galatonæ, quod Ill. Dux Salſæ recuſaret dictum

A Do-

Dominum Conſiliarium Padilla, vti ille cre-
ditor Patrimonij dicti Ducis Acheruntiæ, vi-
gore obligationis generalis, quamuis non re-
periretur graduatus inter creditores dicti
Status Galatonæ, ſed inter creditores Patri-
monij Terræ Iuliani. Et per decretum S.C. ad
relationem Ill. Ducis Campi Mellis, digniſſi-
mi Regentis D. Troiani Miroballi, tunc Regij
Conſiliarij, de menſe Decembris 1678. fuit
prouiſum, quod dictus Ill. Dux Salſæ, & eius
frater audiantur. Cuius decreti vigore dictus
D. Padilla remanſit recuſatus, prout erat in
alijs cauſis dicti Ducis Salſæ, refert *D. Barra
pract. obſeruat. cent. 4. obſeruat. 71. num. 6.*

Obſerua quartò, quod tertius veniens ad
4 cauſam non poteſt impedire proceſſum ad vl-
teriora inter primos litigantes, *l. is à quo, ff. de
rei vindic. Franchis deciſ. 261.* vbi hoc ampliat,
procedere etiam ſi huic tertio ex ſententia
inter duos primos proferenda, aliquod præiu-
dicium inſurgeret, quia poteſt tantùm aſſi-
ſtere, non tamen audiri, nec impedire expedi-
tionem cauſæ inter actorem, & reum proceſſu
introducto, vbi refert deciſionem factam in
Regia Camera. Quod maximè procedit ſi ter-
tius ille comparet poſt compilatum proceſſū.
Vt fuit deciſum anno 1624. per S. C. in cauſa
vertente inter Antonium Lubranum cum qu.
Hieronymo Capano, nàm cum dictus Anto-
nius petijſſet aſſiſtentiam ſuper quodam iure
poſſeſſo per dictum Hieronymum, & fuiſſet
compilatus proceſſus, comparuerunt vxor, &
ſoror dicti Hieronymi, petendo pro intereſ-
ſe, quod habebant ſuper dicto iure ipſis pro
ſuis dotibus hypothecato, in dicto iudicio au-
diri, & tamen per decretum S. C. latum ad re-
lationem D. Regentis, tunc Conſiliarij cauſæ
Commiſſarij, fuit deciſum procedendum ad
expeditionem cauſæ, non obſtantibus oppoſi-
tis per dictas mulieres, quibus liceat aſſiſtere
ſi voluerint, meminit *D. Staiban. lib. 1. reſol. 5.*
& iterum deciſum per idem S. C. cum maxi-
ma diſcuſſione in cauſa D. Ioſephi Spinelli cū
Ill. Marchione Vici, nàm cum Ill. Marchioniſ-
ſa Laini prætendiſſet in dicto iudicio audiri
pro ſuo intereſſe, fuit per S. C. deciſum, eſſe
procedendum ad expeditionem cauſæ inter
dictos D. Ioſephum, & Marchionē Vici prin-
cipales, non obſtante dicta comparitione
Marchioniſſæ Laini, cui liceat aſſiſtere ſi vel-
let, verùm ex ſententia in dicta cauſa ferenda,
non inferretur præiudicium dictæ Marchio-
niſſæ, ad relationem Regij Cōſiliarij D. Aloy-
ſij Siſti, meminit *D. Staiban. in obſeruat. ad reſol.
142. num. 17. lib. 2.* vbi per totum benè agit de
hac materia tertij venientis ad cauſam.

Obſerua quintò, quod ſi intereſſe, quod
5 tertius prætendit habere ſuper re, quæ exequi
prætenditur ad inſtantiam creditoris agentis
actione perſonali, tanquam exiſtente in do-
minio, & poſſeſſione debitoris, ſit notorium
ex quo dicit, quod illam rem poſſidet ex iuſta
cauſa, ex contractu inſolutum dationis ob
creditum anteriùs; quamuis creditor princi-
palis replicet, dictam inſolutum dationem
fuiſſe factam per colluſionem per contractum
inter filium, & matrem, qui eſt nullus. *l. 1. ff. de
colluſ. deteg. Bald. conſ. 172. col. 2. vol. 2. Surd. de
alim. tit. 9. q. 42. in fine, Giurba deciſ. 91 num. 15.
Sempr. Aſcia determ. 170. in fine, Viſcont. concluſ.
iuris, verbo Colluſio.* Tamen quia replicatio illa
requirebat altiorem indaginem, fuit deciſum
per S.C. anno 1673. referente D. Loſſada, in
Banca Martini apud Scribam Dominicum
Romano, eſſe audiendam ex integro Specta-
bilē Comitiſſam Loreti matrem, & poſſeditri-
cem Terræ Scamni ex cauſa eius paragij ſuper
bonis communis matris, non obſtante, quod
D. Carolus de Capua creditor fratris dictæ
D. Comitiſſæ, diceret, quod poſſeſſio prædicta
erat nulla, tanquam affectata per dationem
inſolutum factam pro prætenſo credito ab
Ill. Principe Scamni filio, in eius beneficium,
ex quo replicatio dicti D. Caroli non funda-
batur promptuariè.

A nūcians nouum opus ſit actor, vel reus,
6 diximus hic *obſeruat. 6.* videndi nunc *D. Ca-
pon. diſcept. forenſ. 172. num. 1. Seuerin. ad Reg.
Sanfelic. deciſ. 379. in princ. D. Luca ad Franch.
deciſ. 657. num. 7. D. Franciſcus Romaguera*,
doctiſſimus Iuriſconſultus Gerundenſis Hi-
ſpanus, quem vidi paucis diebus hic Neap.
de menſe Iulij huius anni 1687. ſed illi ſeruire
non potui ob meam grauiſſimam infirmita-
tem febris venenoſæ, vulgò, *maligna*, qua fui
affectus à die 30. menſis Iulij, vſque ad diem
26. menſis Auguſti cū maximo meæ vitæ peri-
culo; & dùm tale periculum euaſiſſem amicū,
& Dominum Romaguera, non inueni, dùm
patriam verſus diſceſſerat, proh dolor? *in
eruditiſs. Addit. ad D. Conciol. in annot. ad Sta-
tut. Eugub. lib. 2. rubr. 70. num. 12.*

Ad materiam diſpoſitionis *textuum in l. diſ-
7 famari, C. de ingen. & manumiſſ. & l. ſi contendat,
ff. de fideiuſſ.* & illorū explicationem, & clari-
tatem, obſerua, quod iudicium *dicta leg. diſ-
famari* eſt, cum quis poſſidens rem, v. g.
ex quo Caius iactat habere iura ſuper illa re,
petit coram Iudice diffamari, putà in S.C.
quod Caius proponat iura, quæ habet: ſuper
hac inſtantia datur terminus ſummarius, in
quo probatur dicta iactantia, ſecundùm
Gaill. lib. 1. obſeru. 9. num. 3. & illa probata Iu-
dex decreto ſtatuit terminum Caio ad pro-
ponenda dicta iura. Caius volens parere di-
cto decreto, proponit iura in Magna Curia
Vicariæ, nulla facta mentione iudicij iactan-
tiæ in S. C. Actor ille petit cauſam remitti ad
S. C. Quæſtio eſt vbi terminari debeat hæc
cauſa? Et *Marian. Soccin. in cap. propoſuiſti de
foro compet. num. 27.* tenet, eſſe agendum in
M. C. V, ea ratione, quia primum iudicium eſt
fini-

finitum,dùm diffamans agit,ſequitur *Franch.*
*deciſ.*385. *Reg.de Marin.lib.*1.*reſol.*6.*Fontanell.*
*deciſ.*328.*num.*20.*de pactis nuptial.clauſ.*4.*gl.*15.
*num.*77.*&* 88.vbi ità deciſum refert, *Seſſe dec.*
115.*num.*8.*Ripoll.var. cap.* 1.*num.*172. vbi ità
deciſum refere *Thor. par.* 3. *verb. Teſtes aliqui*
examinati.

Iudicium *d.l.ſi contendat* eſt,cum quis petit
8 ſibi exceptionem competere aduerſus aliquē,
& rem, quam poſſidet,eſſe liberam ab actione
alterius,quod remedium competit reo habē-
ti exceptiones peremptorias , *Fontanell. deciſ.*
329.*num.*2.& conſiſtit in eo,vt per diffinitiuā
ſententiam declaretur aduerſario nullum ius
competere, & imploratur officium Iudicis, &
petitur declarari illas exceptiones militare
aduerſus inſtrumentum , & abſolui ipſum
præuenientem. Quo caſu dicitur præuenta
iuriſdictio , & admittendum non eſt , vt diffa-
matus agat coram alio , quia cœptum eſt co-
gnoſci de iuribus diffamantis , eo ipſo, quod
petitum eſt abſolui diffamatum, ex *Iaſ.in l.nō*
*cuique,num.*5.*ff.de eo,quod certo loco, Franchis d.*
*deciſ.*385.*Reg.de Marinis d.cap.*6.*num.*3. *Amat.*
*reſol.*51.*Salgad.in labyr.credit. par.*1. *cap.*2.*§.*2.
*num.*7.*Giurba deciſ.*44. *num.*2. *Anechin. de præ-*
*uent.cap.*3.*q.*9.*num.*16.

Remedium *d.l.diffamari* , ſi cumuletur cum
9 remedio *d. l. ſi contendat* non requiritur pro-
batio iactantiæ, *Couarr. var.lib.*1.*cap.*18. *Reg.*
*Capyc.Latro conſult.*114.*num.*27.

An remedium *d.l.ſi contendat*, debeat inten-
10 tari per poſſeſſorem , vel nè ? diſputat *Fonta-*
*nell.deciſ.*329.*num.*2.& concludit, quod non,
*Card.de Luca in tract. de foro competent. diſc.*69.
*num.*13.dicit ſic.

Alia ad materiam dictorum remediorum
11 videnda apud *Card. de Luca de iuriſd. & foro*
*compet. diſc.*62.69. *&* 73. videndus *D.Hieron.*
Calà, modernus Dux Diani Iuriſconſultiſſi-
mus omni Supremo Magiſtratu digniſſimus,
*de reſtit.in integr.q.*26.27.28.*&* 29. *D.Piſan. ad*
*rit.R.C.in proœm.num.*17.*& ſeqq.*

Obſeruatio ad Deciſionem II.

SVMMARIVM.

1 *Ius remittendi regulatur à iure querelandi . Et an ſoror poſſit accuſare de morte fratris , patre , vel altero fratre exiſtente ?*

2 *Quando gratia facta ſtāte remiſſione, annulletur?*

3 *Falſitas, quæ actu non eſt nocibilis, an,& quando ſit punibilis? & num.*4.5.6.7.8.9. *&* 10.

AD *deciſ.*2.*ad num.*4.vbi dicitur,quod ius re-
mittendi iniurias regulatur à iure quære-
landi, tàm de iure communi, quàm Regni.
1 Videndus *Reg.de Marinis lib.*1.*reſol.*2.vbi latè
agit de hac materia , & ibi *D. Rodoer. in addit.*
An ſoror poſſit accuſare de morte fratris,
patre,vel altero fratre exiſtente, & dicit non
poſſe, vbi deciſum refert, quamuis contrà la-
tè tueatur *Io:Iacob. Anechin. in allegat. inſerta*
*per Ricc.collect.*3589.*par.*8. *Conſ.Campana reſol.*
26.vbi *Addit.* Et ſecùs,quando illi negligunt.
Et an remiſſio ſororis requiratur pro gratia
obtinenda, & quid ſi fuerit nupta, & quid in
filia,& alia ponit *D.Petr.in rit.*272.*& R.Marin.*
Et *num.* 34. diſputat , ſi occiſi proximior, cui
2 hæreditas occiſi defertur ſit ſub Turcarum
ſeruitute, ideò remiſſio fiat à ſequenti in gra-
du,qui hæreditatem mortui occupauit, ſi de-
indè dictus proximior libertatem acquirat,
& reuertatur , an gratia facta cū dicta remiſ-
ſione ſubſtineatur ? & fundat non ſubſtineri,
arg. *tex.retrò creditur* 16.*ff.de captiuis,& poſtlim.*
reuerſ. in §. ab hoſtibus, Inſtit. quibus modis ius
*patr.poteſt ſol.l.*1.*§.ſi apud hoſtes,ff.de legit.tutor.*
Et idem dicit in Bannito plenariè reſtituto à
Principe,ſecùs per ſimplicem indulgentiam
poſt *Franc.Odd. & Rouit.*

Obſerua tertiò,quod id,quod diximus hic
*obſeru.*2. quod non benè proceſſit deciſio Re-
gij Collateralis Conſilij relata per *Reg.Sanfel.*
*deciſ.*408. eſt ipſa veritas , contra id quod no-
uitèr obſeruat *D.Mucci in dilucidat. ad dec.* 58.
eiuſdem D. Regentis Sanfel. nàm vt legenti pa-
tet in *d.deciſ.*408.fit mentio tantùm *Pragm.* 5.
de falſis, in qua clarè diſponitur , quod pœna
mortis naturalis cum delegatione infligatur
præſentanti apocam falſam, non ſcriben-
ti,& non fit mentio *Prag.*8. *eod.tit.de falſis*, quę
expreſsè comprehendit ſcribētem, igitur de-
ciſio fuit regulata à diſpoſitione *d. Pragm.* 5.
& memores haud fuerunt *d.Pragm.*8.expreſsè
infligentis pœnam mortis, etiam contra ſcri-
bentes.Et hoc potuit euenire,quia dicta *Prag-*
matica,tunc temporis forſan non erat in volu-
mine *Pragmaticarum* ,& multotiès accidit ,&
obſeruaui in nouiſſima compilatione per Me
facta *Pragmaticarum* anno 1682.tempore,quo
deficiebant multæ *Pragmaticæ*, & Ego illas or-
dine D. Viceregis extraxi à Regiſtro Regiæ
Cancellariæ,& inſerui in volumine *Pragmati-*
carum. Et quod deciſio dicti Collateralis Cō-
ſilij fuerit fundata ſolùm *in d. Prag.* 5. colligi-
tur clarè ex illis verbis *D.Sanfelicij n.* 5. *verſ.*
Sed ſic eſt,nota,*quod Pragmatica prædicta(quæ eſt*
5.) *loquitur expreſsè in eo, qui præſentauit apocam*
Banco falſam,vt indè pecuniam reciperet,debet in-
telligi in caſu ſuo, non autem in eo, qui apocam illā
falſam confecerit, quamuis per alium fuerit præſē-
tata Banco, aduerſus quem,nota, *præſentātē mor-*
tis pœna ſanxit ; quæ Pragmatica cum ſit correcto-
ria iuris communis in pluribus,&c. Quid clariùs?
Quod requiratur à *Pragm.* prædicta, quod ſit
ſcripta apoca falſa,& conſignata alteri, quod
illam præſentet Banco , veriſſimum cum *D.*
Mucci puto,ſed dico,quod *deciſio d.D.Reg Sā-*
*fel.*408. non eſt fundata in diſpoſitione *dictæ*

Pragm. 8: & ſic dici non poteſt, quod in illo
caſu deficiebat requiſitum illud conſignatio-
nis alteri, vt pecuniam reciperet à Banco, vt
legenti patet.

Obſerua ad *nu.*5. *&* 6. An falſitas, quæ actu
3 non eſt nocibilis, ſit punibilis? quod non ſit
punibilis, dicunt *Vulpell.conſ.*129.& ibi *Addit.*
*Vermigliol.conſ.*236.*num.*7. *& conſ.*250. *nu.*11.
*conſ.*256. *num.*12. *conſ.* 490. *num.*3. *Anton.de*
*Ballis tract.crim.lib.*4.*q.*1.*num.*45.*Conciol.alleg.*
89.*num.*34.*Cyriac.controu.*637.*tom.*4.

Declara, vt pœna non ſit ordinaria, ſed ſit
4 extraordinaria infligenda, arbitrio Iudicis, ſe-
cũdùm facti, & perſonarum qualitatẽ, *Giurb.*
*conſ.*71.*nu.*21.*Barboſ. de Epiſc. alleg.*51. *nu.*30.
Reg. Capyc.Latro deciſ. 182. *num.*29. *par.*2.*Ge-*
*nua de ſcript. priuata, lib.*1.*q.*4.*nu.*37.*& ſeqq.*li-
cet contrarium, quod neque pœna extraordi-
naria ſit infligenda, dicat *Theſaur. deciſ.*171.
*num.*2. vbi loquitur de falſitate commiſſa in
ſcriptura priuata, *Cyriac.d controu.*637.*n.*67.

Limita primò, dictam declarationem, vt
5 non habeat locum in falſitate, quæ neque
actu, neque habitu eſt nocibilis, quia illa, ne-
que pœna extraordinaria eſt punibilis, *Surd.*
*deciſ.*282.*num.*18. *& ſeqq. Vulpell. conſ.* 129. &
ibi *Addit.Vermigliol.conſ.*236. *num.*7. *& conſil.*
250.*num.*11.*conſ.*259.*num.*12. *& conſ.*499.*n.*3.
vbi teſtatur de veriori, & recepta opinione,
*Conciol.alleg.*89. *nu.*35. Quamuis contrarium,
vt etiam hoc caſu intret pœna extraordina-
ria, dicat *Menoch.de arbitr.caſu* 306.*num.*15.*&*
ſeqq.

Limita ſecundò, dictam declarationem, vt
6 non habeat locum, quando ceſſat etiam do-
lus, quia tunc falſitas nulla pœna, nec ordina-
ria, nec extraordinaria puniri poteſt, poſt
alios *Cyriac.controu.*131.*num.*15. *&* 51.*Vermi-*
*gliol.conſ.*237.*num.*3.*conſ.*409.*num.*6. *Caluin.de*
*aquit.lib.*2.*cap.*190.*num.*7. *& num.*80. *& ſeqq.*
*Conciol.d.alleg.*89.*num.*37. *Cyriac. d. controuerſ.*
637.*num.*67.

Limita tertiò, vt non habeat locum quando
7 expreſsè per Statutum habetur, quod falſitas
ſit nocibilis, quia tunc nocumento ceſſante
nulla intrat pœna pro dicta falſitate, *Conciol.*
*d.alleg.*89.*num.*38.*& reſol.crim.verb.Falſum,*
*reſol.*3.*per tot.*

Obſerua ſecundò, quod falſitas commiſſa
8 in ſcriptura, quæ per ſe nullam probationem
facit, nec plenam, nec ſemiplenam, neque ali-
quam præſumptionem, vtputa ſi in proprio
libro Rationum quis ſcriberet, aliquem eſſe
ſuum debitorem, qui re vera non erat, pœna
falſi puniri non poteſt, *Caſtr. conſ.* 130. *lib.*1.
*Natta conſ.*588.*par.*4. *Genua de ſcript.priuat.lib.*
1.*q.*4.*nu.*4.*& ſeqq. Vermigliol. conſ.*197. *nu.*10.
*Cyriac.controu.*637. *num.*82. *Conciol.reſol.crim.*
verb. Falſum, reſol. 4. quidquid contra dicat
Menoch. de arbitr. caſu 306. *num.*32. *Bertazzol.*
*conſ.*91.*num.*15. *lib.*1. *Baiard. ad Clar.* §.*falſum,*
*num.*306.

Et ſic puniri non poteſt, nec pœna ordina-
ria, nec extraordinaria, *Caſtr.d.conſ.*130.*lib.*1.
*Theſaur.deciſ.*171. *num.*2. *Farinac. de falſit.qu.*
150.*num.*336.338.*& num.*364. *Vermigliol.con-*
*ſil.*234.*num.*6.*Cyriac.d.controu.*637.*nu.*82. licet
contrà teneant, & ſic puniri pœna extraordi-
naria, *Clar.*§.*falſum, verſ. Item excuſatur, Me-*
*noch.d.caſ.*306. *num.* 16. *& ſeqq. Genua d.cap.*4.
*num.*37.*& ſeqq.*& eò magis quando adeſt do-
lus, *num.*46.

Amplia in committente falſitatem in ſcri-
10 ptura nulla, & non faciente fidem, nàm neque
punitur de falſo, *Farinac. de falſit.qu.*150.*num.*
295.*& ſeqq. Genua de ſcript.priuat.d.q.*4.*nu.*47.
*& ſeqq.Vermigliol.conſ.*234. *num.*6. *Giouagnon.*
*conſ.*44.*num.*17.*lib.*1. *Conciol.d.reſol.*4.

Obſeruatio ad Deciſionem III.

SVMMARIVM.

1 *Donatio quando ſimulata non excludit ius con-*
grui. Et de materia ſimulationis donationis, re-
*miſſiuè, num.*2.

IN cauſa vertente in M.C.V. in Banca Garru-
pa, inter Matthæum Coruaro, & hæredes Ia-
bi Mutij, fuit latè diſputatus articulus, ſi do-
1 natio facta à dicto Iacobo, vni ex filijs mino-
ribus, cuiuſdem domus, ſitæ in vno ex Caſali-
bus huius Ciuitatis, in qua etiam fecit maio-
ratum fauore primogenitorum, poſt menſem
poſt emptionem factam, fuerit valida, vel ſi-
mulata, ad excludendum ius congrui compe-
tens dicto Matthæo vicino. Et ex pluribus cõ-
iecturis, de quibus in *hac deciſione*, fuit exiſti-
mata ſimulata, & in fraudem iuris congrui, &
proindè fuit cõdemnatus dictus filius, & pro
eo, eius tutor, ad relaxandum domum prædi-
ctam iure congrui, non obſtante donatione
prædicta cum dicto maioratu ſuper illa cõ-
formato. Quæ deciſio fuit confirmata per
S.C. anno 1667. referente D.Conſ. Loſſada
in Banca Speræ.

Quando donatio præſumatur ſimulata, &
2 non noceat Fiſco, habente confiſcationem
bonorum delinquentis, ſi delictum ſequatur
donationem, habes apud *D.Faiard. alleg.*46.

Obſeruatio ad Deciſionem IV.

SVMMARIVM.

1 *An clauſula appoſita per offenſum in remiſſione,*
quod inquiſitus per tempus, vel perpetuò non
*accedat ad propriam patriã, ſit ſeruanda? & n.*2.

AD *deciſ.*4.*num.*38.*& ſeqq.* vbi habetur. An
clauſula appoſita in remiſſione partis,
quod

quod inquiſitus non accedat perpetuò, vel ad tempus, ad propriam patriam, ſit valida, & ſeruanda, aliàs gratia facta cum dicta remiſſione, & clauſula, annulletur, obſerua, quod quæſtio eſt, an dictum pactum ſit validum, nam quod non ſit validum, ſi acceſſus prohibeatur perpetuò, vel per decennium, dicunt *Maſtrill.deciſ.38. Reg. Rouit.in Pragm.8.de compoſit. num.* 17. & deciſum referunt. Sed quod ſit validum, deciſum refert *Reg. Salernit. deciſ.* 26. Verùm ſi Inquiſitus contrauenìat, gratia nō eſt nulla, ſed compellitur adimplere, *Gizzarell.dec.*11. *Thor.2.par. Compend. deciſ.verb. Remiſſio facta, D. Anthor hic num.*8. *Reg. de Marinis lib.1.cap.2.num.*35. Verum in facti contingentia anni 1661. aliter fuit deciſum per S.C. in caſu, quo Thomas Perſicus lethaliter vulnerauit Franciſcum Caualerium, qui ei remiſſionem fecit, cum pacto, quod per annum non accederet ad aliquas plateas proximas ſuæ habitationi, & vbi contrauenìret remiſſio illicò pro non facta haberetur, ille iàm contrauenit, petijt Franciſcus nullam declarari gratiam ei factam in dicta remiſſione, & proindè eſſe in cauſa procedendum, ac ſi nunquam remiſſio, & compoſitio ſecuta fuiſſet. Sic per M.C.V. fuit deciſum. Appellauit Thomas iam in fortijs exiſtens ad S. C. & per illum Senatū, aliquibus contradicentibus, fuit receſſum ab alijs deciſis per *Gizzarell.d.deciſ.*11. & fuit deciſum, nullam eſſe compoſitionem, vt ſuprà, factam in vim dictæ remiſſionis, verùm inquiſitus in priſtinam libertatem reponatur, vt refert *Reg. de Marinis d. cap.2. num.35.verſ. Tum autem.* Ad materiam hac vidēdus *D.Orilia ad Conſ Campan.de forindic. reſol.*8. & 10. & *d.reſol.*10. *num* 11. dicit, quod in omni caſu, quo ponitur clauſula reſolutiua gratiæ in
2 caſu acceſſus ad talem locum, ſiuè ponatur legitimè, ſiuè ad terrorem citrà Principis voluntatem, erit ſemper neceſſaria declaratio, quamuis dicatur, *ipſo iure abſque alia declaratione*, poſt *Salas de legib.q.96.tract.14. diſp.15.ſect.*2. poſt *num* 31. & 33. *Thom.Sanchez in Præcep. Decalog.lib 2.cap.22.num* 19. & 20. *Farinac.in fragm.par.2.verb. Lex.num.*164. *Pegner.dec.*90. *num.*1. *Giurba conſ.*65. *num.*46. *Sanfel. dec.*242. *num.*8.

Obſeruatio ad Deciſionem V.

S V M M A R I V M.

1 *Quando ſubſtituens teneatur pro culpis ſubſtituti?*

AD hanc *deciſ.* 5. obſerua, quod licet Actuarij, ſeù Actorū Magiſtri M.C.V. & S.R.C.
teneantur ad fideiuſſiones captas per eius
1 ſubſtitutos (cum ipſi habeant à Rege poteſtatem ſubſtituendi in eorum officijs, verùm ipſi teneantur de culpis, & defectibus ſubſtiturorum) tamen ſi dicti ſubſtituti ſe ingerant in capiendis fideiuſſionibus, quas capere ad eorum officium non pertinet, prout euenit in Tribunalibus M.C.V. cuius Actuarij capiunt fideiuſſiones per Arrendatores præſtandas, quæ ordinariè per Actorum Magiſtros Regiæ Cameræ capiuntur, & *Reg.de Marinis lib.*1. *reſol. cap.*3. fundat, ſecuta decoctione Arrendatorum, tales Actuarios ſubſtituentes ad nihilum teneri ad beneficium Regij Fiſci pro talibus fideiuſſionibus captis per dictos ſubſtituros, *tex.*eſt clarus *in l.qui peculij* 47. *ff.de pecul.Ludouiſ.deciſ.*233. *nu.*6. *D.Rodoer.ad Reg. de Marinis d.cap.3.num.*8.

*Ad num.*12. adde *D. Palma alleg.*133. *tom.*2.

Obſeruatio ad Deciſionem VI.

S V M M A R I V M.

1 *An, & quando priuilegium conceſſum Magno Principi ſuper aliquo feudo, tranſeat ad alium minorem Principem ſucceſſorem in illo feudo?*
2 *An ius quæſitum feudo tranſeat in ſucceſſorem in illo feudo?*

AD hanc *deciſ.*6. obſerua quod ſecundùm doctrinam *D. Anthoris* in hac *deciſ.* fuit deciſum per Collaterale Conſilium, in cau-
1 ſa Baronis Cracbi D.Philippi Vergara cum Regio Fiſco, & in cauſa Ill. Ducis Grauinæ cum eodem Regio Fiſco anno 1685. penès Secretarium.

Obſerua ſecundò, quod ius quæſitum feu-
2 do tranſit etiam in ſucceſſorem in illo, ex collectis per *Menoch. conſ.* 905. *Franchis deciſ.* 56. *D. Anthor.hic num.*5. & *ſeqq. D.Card.de Luca de præeminentijs.diſc.*26.

Obſeruatio ad Deciſionem VIII.

S V M M A R I V M.

1 *Educationis materia eſt arbitraria, vbi deciſio Sacr.Conſ.*

AD hanc *deciſ.* obſerua, quod adeò eſt arbitraria, vt diximus materia educationis, quod licet pater in eius teſtamento expreſ-
1 sè mandaſſet ſuos filios non debere ali penès eorum matrem, & teſtatoris vxorem in viduitate manentem, ſed penès auiam paternam, & ſic dicti teſtatoris matrem, hoc non obſtante debeant ali penès matrem, ſi eſt bonæ qualitatis, & nulla alia ſuſpicio adſit, fuit per S.C. anno 1663. deciſum ad relationem Reg. Conſiliarij Pauli Staibani cum maxima diſcuſſione,

ne, in cauſa Ill. Principiſſæ Carpini D.Thereſiæ Caracciola cum Ill. Duciſſa Cagnani eius ſocera, vt refert idem *D. Staib. in obſeru.ad reſol* 141.*num.*76.

Ad materiam huius *deciſ.*videndus *Guttier. de tutel.par.*2.*q*.8.

Obſeruatio ad Deciſionem IX.

SVMMARIVM.

1 *Quando intereſſe alterius intereſſe debeatur? & num.*2.3.*&* 4.

AD *deciſ.*9.ad materiam,an intereſſe alterius intereſſe debeatur, videndi ſunt *Michael Angelus Gizzius in obſeru. ad deciſ.*133.*Reg.*
1 *Capyc.Latr.* vbi fundat de iure ciuili, & etiam Canonico, debeti intereſſe alterius intereſſe, quia illud non eſt vſura, ſed intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis, poſt *Conſiliar. Theodor. alleg.* 40. vbi deciſum refert per S.C. & alios *DD.* tàm in intereſſe debito poſt reſciſſionem contractus per ſententiam, quàm in intereſſe debito poſt graduationem, nàm poſt reſciſſionem, & poſt graduationem creditorum tertię,non ampliùs debentur,ſed debetur intereſſe ad eandem rationem tertiarũ, & ſic dicit ipſe *Gizz.* deberi intereſſe dicti intereſſe, & ſic per S. C. pluriès deciſum refert *num.* 27. *& ſeqq.* Sed nos non diſcedimus ab opinione *D.Anthoris* hic; nec eſt curandum de his deciſionibus allatis à *D.Gizz.*quia ille non interfuit in votando,& ſic neſciuit media prætenſarum deciſionum, vt annuit *D. Manfrell.in obſeru.ad d.deciſ.*133. videndus *D.Conſ. Ioſeph de Roſa,qui lib.*1. *conſult.* 50. de hac materia agir, & licet dicat intereſſe alterius intereſſe non deberi, ex pluribus *DD.* ſignanter
2 *D.Anthore* hic, & hanc eſſe receptiorem ſententiam,quamuis dicat alios adeſſe *DD.*contrarium tenentes, tamen ipſe *num.*4. *& ſeqq.*ponit plures limitationes huius regulæ,primam ponit, ſi intereſſe illud ſit calculatum, & ſuper calculo ſit lata ſententia, vt contra *D.Anthorem hic num.*12.*&* 39.*Anton.Fab.de error.prag. decad.*20.*error.*1.*Marinis Camill.de Medic.Anna Cenc.de cenſib.Merend. de camb. Leotard.de vſur.* & alios, dicit ipſe adeſſe alios magnos *DD.* qui ſunt *Theodor.d.alleg.*40.*Canale.deciſ.*14.*nu.*25.*par.*2.*deciſ.*21.*num.*30. *Coſta de port.rata,qu.*142.*nu.*12.*&* 13. *Ioann. Anton.Bellon.conſ.*25. *per totum, Fontanell.deciſ.*205.*nu.*6. *Bened.Bon.tract.de cenſib.art.*11.*num.*28.*Auendan.de cenſib.cap.*38.*num.*11. *Scacc.de commerc.*§.7.*gloſ.*2.*nu.*50.*Larrea deciſ.*84.*num.*14. *Hermoſill.in addit. ad Gloſ.partit.Greg.Lopez.gloſ.*4.*l.*10.*tit.*1.*partit.*5.*nu.*295. *Filluc. moral.tom.* 2. *tract.*34. *p.*2. *cap.*4.*num.*86. *Anton. Diana reſol. moral.tom.*5. *tract.*13.*ſect.*1 *miſcell.reſol.*78. *Reg.Capyc.Latr.* 2 *deciſ.*100.*num.*44. & rationem *D. Roſa* ponit, quia hoc nõ eſt vſura,ſed intereſſe, quod omni iure debetur,& reſpondet *tex.in l.fin.C.de vſuris rei indic.& l.fin. C.de vſuris,* quia illę leges loquuntur de vſuris lucratorijs reprobatis, à quibus ad intereſſe non valet argumentum, & nos ſumus ad refectionem damni, ſeù lucri amiſſi fauorabili.

Secundam limitationem ponit *D. Roſa nu.*
3 24.*& ſeqq.* vt quoties intereſſe debetur de per ſe,ſeù iure actionis,tunc pariat aliud intereſſe, & regula illa, quod intereſſe alterius intereſſe non debetur, procedit in intereſſe debito officio Iudicis,poſt *Pereg.cõſ.*100.*n.*37.*Fõtan. deciſ.*204.*num.*13. & ipſe loquitur de intereſſe antephati, quod debetur iure actionis per Conſuetudinem Neapolitanam.

Tertiam, vt quoties agitur de intereſſe dã-
4 ni emergentis,non autem lucri ceſſantis, tunc debetur intereſſe alterius intereſſe,quod dicit concedere etiam illos, qui ſuperiori opinioni aduerſantes,dicunt,intereſſe alterius intereſſe non deberi,etiam quando eſt certum,& liquidum,prout ſunt *Canale.deciſ.*26 *par.*3.*num.*25. *D.Anthor hic,nu.*37.*Honded.conſ.*50.*lib.*1. *Rota Genuæ deciſ.*87.*num.*9. *Caſtill.contron. iur.lib.*2. *cap.*5.*num.*81.*Hect.Felic.de ſociet. cap.*24.*n.*59. *Guſman.de euiction. q.* 57. *num.*13. *Coſta de portione ratæ,q.*142.*num.*8. diximus nos in *obſeru. hic ad num.*6.*verſ. Quintò limitatur.*

Obſeruatio ad Deciſionem X.

SVMMARIVM.

1 *Monacus factus Epiſcopus, an recuperet bona renunciata? Vel locum in Collegio? & num.* 5.
2 *Nouitius renuncians eius bona, quando illa recuperet, ſi exeat à Religione. Et quid ſi vadat ad Religionem capacem? & num.*4.

AD *deciſ.*10.obſerua,quod opinio *D.Anthoris* hic, vt Monacus factus Epiſcopus non recuperet bona renunciata, eſt ſequuta per
1 *D. Didac. Anton. Faiardum in tract. de Prælatis Regularibus poſt allegationes fiſcales* impreſſo, vbi illam fundat, & contrarijs reſpondet, ſequitur *Andreol.contr.*306.*p.*6.Et *Faiar.n.*3.refert *Rub.Alexand.conſ.*147.dicentem,Militem Hieroſolymitanum profeſſum, qui ex diſpenſatione Summ.Pont.exijt à Religione, & matrimonium contraxit, non habere regreſſum ad bona renunciata ante profeſſionem.

Obſerua etiam, quod ſi quis fecerit amplã
2 renũciationem fratri, vel alteri, tempore quo velit Religionem aliquam introire, & Deo ſeruire, ſi deindè ab illa Religione ante profeſſionem exierit, recuperat omnia bona renunciata, ac ſi dicta renunciatio facta non fuiſſet, cum talis donatio habeat tacitam cõ-

di-

ditiouem, ſi profeſſio ſequatur, *Abb.in cap. quod à te,num.6. verſ. Aut profeſſionem non fecit,* & ibi, *Innoc.Card. & Canouiſta de Cleric. coniug. Summiſtæ omnes in verb. Nonitius,& verb. Religio, Barboſ.in tract.de poteſt. Epiſcop. par.3.allegat.101.num.37.& in collect. ad Concil.Tridem. cap.16.ſeſſ.25.de Regul.num.17.& 56.*poſt *Menoch.de arbitr.iudic.lib.2.cent.5. cap.436. nu.16. 26.& ſeqq.* vbi dicit,id procedere adhùc profeſſione ſequuta, ſi profeſſus validè, de Religione ad aliam tranſierit, de qua re vidend. *Couarr.in cap.1.à num.20.de teſtam. Barboſ.in d. cap. quod à te, num.* 4. Et fundata concluſio, procedit etiam in Religioſo Societatis Ieſu, qui elapſo biennio tria vota ſimplicia, iuxtà Religionis Inſtitutum, emittit, nàm ſi exeat bona recuperat, vt fundat *Reg. de Marinis lib. 2.reſol.cap.195.*

Quod intelligo verùm etiam ſi ille renun-
3 ciatarius poſſidens bona illa renunciata, &
habita conſideratione ad bona illa, condignũ
contraxerit matrimonium, ſine quibus illud
non contraxiſſet mulier,nàm ſibi debet imputari mulier, ſi contraxerit cum viro, qui illa bona poſſidebat, ſed non irreuocabiliter,ſcilicet reſtituenda in caſu, quo frater renunciãs exiret de Religione, cum renunciatio illa habuerit conditionẽ intrinſecam, ſi renuncians perſeueraret in Religione: Et ſic qualitas diſpoſitionis vbi deficit, deficit ipſa diſpoſitio, *Gloſ.verb. Auocandum in l. mancipia, ff. de ſeruis fugit. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt.15. num.47. Pacian. de probat. lib.1. cap.14. num.8. Gallin. de verb.ſignific.cap.9.num.9. Mar. Antonin.var.reſolut.lib.1.reſol.82. num.1. Surd.conſ. 400.num.15.conſ.514.num.4.*

Recuperat etiam bona Monacus renun-
4 cians, profeſſus in Religione incapaci, ſi ad
capacem, ex diſpenſatione Pontificia, tranſeat,vt poſt plures *DD.*fundat *P.Molfeſ.conſil. 1.num.21.& ſeqq.* quem ſequitur *Reg.de Marinis lib.2.reſol.iuris,cap.46.num.17.*

Et Monacus factus Epiſcopus recuperat
5 locum in almo Collegio Doctorum Neapolitano, qui vacauit, tempore quo erat Monacus,licet ab alio fuerit occupatus,vt deciſum refert per DD. de Collegio *Reg. de Marinis d. cap.46.num.18.*

Obſeruatio ad Deciſionem XI.

SVMMARIVM.

1 *Patria communis appellatione quid veniat? & num.2.*

3 *Curiæ appellatione quid veniat?*

4 *Tranſiens per loca prohibita, an puniatur.?*

5 *Apprehendi,an debeat in loca prohibito? An poſſit habitare in confinibus? & unm.6.*

7 *Ciuitatis appellatione quid veniat? Appellatione patriæ,& territorij,an mare? & num.8.*

OBſerua ad hanc deciſionem, quod ſi nomini *patriæ* addatur nomen *communis*, tunc facit alium ſenſum,purà ſi paciſcatur,quod
1 quis poſſit pro aliquo cõtractu conueniri in
patria communi, tunc poteſt conueniri, non ſolùm in loco, in quo ipſe Princeps, & eius Supremi Conſiliarij reſident,vt dicunt *Couarr. pract.cap.4.nu.10.& cap.5. in princ. Petrus Barboſ.in l.2.§.legatis,num.40.ff.de iudic. Hieronym. Gonzalez ad regulã 8.Cancell.gloſ.13. §.1 n.10. Cabed.deciſ.Luſit.12.num.3.& 7. Pereira dec.2. num.12.verſ.Licet enim, Amaya ad l.Ciues 7.nu. 92.C.de incolis,lib.10.*

Sed etiam ille locus, in quo Principis per-
2 ſona, & Maieſtas repræſentatur, eiuſq; nomine, ac ſub ipſius ſigillo omnia expediuntur, vt in Hiſpania,in Regijs Cancellarijs Pinciana, & Granatenſi contingit, quæ proindè Supremi Caſtellæ Conſilij, velut portio quædam ſunt, & Curiæ nomine non minùs decorantur,ac de caſibus,quos Curiæ vocant,cognoſcunt, *l.1.& 2.& l.11.tit.5.l.4.5.& 7.titul.15. lib.2.ac l.1.& 8.tit.3.lib.4.nouæ compilat. Parlador.in ſeſquicentur.quotid. different.differ. 10. per tot.*maximè ex *num.7. Roder. Suar.in l.poſt rem iudicatam, ff. de re indic. in declarat. legis Regni poſt ampliationes,& limitationes, q.5. ſiuè §.circà Iudicem, num.21.* lariſſimè *Vela differt. 39. nu. 49.*vbi contrarijs reſpondet.

Et Curiæ Romanæ appellatione propriè
3 venit locus vbi eſt Papa,non verò vbi eſt Audientia,vel Concilium Papæ, *Gonzal. gloſ.13. §.1.à num.2.Barboſ.d.l.2.§.legatis à num.37.*licet lato modo Curia dici poſſit vbi eſt eius Audientia, ſecundùm *Mar. Alter. de cenſuris, tom.1.diſp.9.lib.5.cap.3 Nicol. Garc.de benefic. par.1.cap.1.à num.387.*

Obſerua ſecundò, quod reus tranſiens
per loca partium offenſarum, non animo cõ-
4 morandi non punitur, *Capibl.de Baron. tom.1. ad Pragm.6.num.161.& ad Pragm.7. nu.43.* ex *Viuio deciſ.505. Caball.caſ.283. nu.74. Paſchal. de patr.poteſt.par.4.cap.3.num.21. Nauar.qq.forenſ.tom.1.q.28.nu.4. D.Rodoer. ad Reg.de Marin.cap.116.* ea ratione, quia non dicitur veniſſe, qui non ſtetit. Qualis autem iudicetur modica mora? Multi illam coarctant ad quatuor dies,vt videre eſt apud *Paſchal. ſup.n.22.* Alij ad 24.horas, *Mele ad Gizzarell.dec.23.nu. 26.* ſed remitti in arbitrium Iudicis, benè dicit *Dom.Mucci ad Reg.Sanfel.deciſ.49. num.10. & ad deciſ.50. in fine,* ſecùs dicit, ſi ſæpiùs veniret, licet breui ſpatio moraretur. Punitur ſi prohibitio ſit accedendi,nàm non poteſt trãſire, *D.Petra in rit.275.num.55.*

Obſerua tertiò, quod guidaticum non di-
5 citur fractum, cum quis viſus eſt in loco prohibito, dummodò in illo non fuerit apprehẽſus, *Danza de pugn.DD.tom.3.de guidaticis,c.3. Scialoya in praxi foriudic.cap.23. num.44.*

Obſerua quartò, quod poteſt reus commo-

6 morari in finibus contiguis territorio prohi-
bito, ſi non adſit etiam prohibitio in contra-
rium ei facta per Iudicem, *Catalan. de indulto*,
cap.25. D. Mucci ad Sanfel. d. deciſ.50. num.14.

Obſerua quintò, quod appellatione Ciui-
7 tatis veniunt Vici, Suburbia, & Territorium,
Anton. Portugal. de donat. reg. par.3. cap.43. n.10.
& ſeqq. Pacichel. de diſtant. cap.12. & fin. num.38.
Nos ad Ronit. conſ.101. num.2. & ſeqq. lib.2. Sor-
bell. in ſumm. diuerſ. tract. §. Ciuitas, num.10. Se-
uerin. ad Reg. Sanfel. deciſ.385. lib.3. Capon. di-
ſcept.107. tom.2. Paſſerin. in cap. Statutum 11. de
reſcript. num. 57. in fine. Quod intellige in fa-
uorabilibus, ſecùs in odioſis, nàm tunc appel-
latione Ciuitatis venit tantum locus mucis
cinctus, *Anton. ſup. num.13. D. Luca ad Gratian.*
cap.217. num.2. & ſeqq. D. Romagnera ad Statut.
Eugub. fol.699. num.11.

Obſerua ſextò, quod ſi eſt interdicta Pa-
8 tria, & Territorium, eſt interdictum etiam
Mare adiacens, diximus ad *Ronit. conſ.48. lib.*
3. quia in æquore etiam eſt Territorium, ſe-
quitur *D. Petra in rit.275. num.58.*

Obſeruatio ad Deciſionem XII.

SVMMARIVM.

1 *An, & quando bona miſſa à ſponſo ſponſæ cen-*
ſeantur donata? & num.2.

AD *deciſ.12.* obſerua, quod ad effugiendam
litem, an dona miſſa à ſponſo ſponſæ, ſint
donata, vel miſſa pro ornatu tantùm ipſius
1 ſponſæ, & ſic non donata, eſt inuenta cautela
à *DD.* vt ſcilicet ſponſus ſe proteſtetur per
actum publicum coram Notario, & teſtibus,
etiam clandeſtinè, quod talia dona mittit nō
animo donandi, vt dicit *Reg. de Marinis lib.2.*
reſol. iuris, cap.71. nàm cum dicta proteſtatio-
ne non cenſentur donata. Tameo ſi ſponſa ſit
nobilior ſponſo, & inter tractatum matrimo-
nij per communes amicos, ſit actum de dictis
donatiuis, tunc talis proteſtatio nihil nocet
ſponſæ, quia illa lucretur, vt fuit deciſum per
S.C. in cauſa D. Antonię Capece cum D. An-
tonio Marullo in Banca . . . . . referente
Domino Conſiliario . . . .

Obſerua ſecundò, quod dona data à con-
2 ſanguineis ſponſi ſponſæ, etiam antè tradu-
ctionem ad domum viri, ſemper cenſentur ei
donata, quando ipſa ſponſa mittit alia dona
ipſis conſanguineis viri donantibus, nàm
hoc caſu eſt donatio reciproca, quæ vera do-
natio non eſt, ſed ſpecies permutationis, vel
debiti ſolutio, *l. Attilius regulus 27. ff. de donat.*
l. ſed & ſi lege 28. §. conſuluit in fine, ibi: *Ve-*
lut genus hoc permutationis, *ff. de petit. hæred.*
Tiraquell. in l. ſi vnquam, verb. Donatione largi-
tus, num.32. Anton. Gomes in l.29. Tauri, nu.23.
Eſcob. de ratiocin. cap.24. nu.25. & ſeqq. vbi ad-
ducit *tex. in l. filius 8. in princ. ff. de Procurat. Mā-*
tic. de tacitis lib.13. tit.2. num.7. & tit.15. nu.17.
Gratian. diſcept.202. Merlin. de legit. lib.2. tit.1.
q.10. num.21. Caſanat. conſ.10. nu.51. Rota in
nouiſſ. deciſ.488. nu.7. par.1. Berart. de viſit. cap.
23. num.72. Cutell. de donat. diſcurſ.1. num.81. &
diſcurſ.2. par.13. num.2. & ſeq.

Obſeruatio ad Deciſionem XIII.

SVMMARIVM.

1 *Bancum quando debeat ſoluere præſentanti fi-*
dem, ſeù apocam, pecunias in illis contentas? &
num.2. & 3.

AD *deciſ.13.* obſerua caſum, qui euenit menſi-
bus elapſis io quodam Banco huius fide-
liſs. Ciuitatis. Quidam Titius depoſuit in
1 dicto Banco duc. centum, quorum voluit. &
habuit quinque fides crediti. Quorum quęli-
bet continebat ſummam ducat.20. ſucceſſiuis
temporibus aduenerunt giratarij dictarum
quinque fidium, & Bancum illas ſtatim ſoluit.
Poſt aliquod tempus aduenit alia fides credi-
ti ſimiliter duc.20. quę ſine vllo vitio erat, Bā-
cum noluit ſoluere ex quo in creditum dicti
Titij pecunia non aderat, imò erat expenſa in
illis quinque alijs fidibus iàm præſentatis per
varios giratarios. Sed replicabat giratarius,
ſeù Dominus huius vltimæ fidei ſoluere, nàm
hæc fides eſt vera non falſa, proindè ſeruate
fidem publicam, dùm promittitis ſoluere ad
ferenti fidem crediti. Facta hac inſtantia, Of-
ficiales Banci prædicti, & Gubernatores, in-
ter quos adſunt aliqui Iuriſconſulti ex pri-
moribus Ciuitatis, callentes deciſorum in
hac *deciſ.* fecerunt diligentias in videndo alias
quinque fides crediti retrò præſentatas Ban-
co, cum quibus tota pecunia fuit exacta, &
reperta fuit vna ex illis falſa, falſitate admo-
dum occulta, vndè re benè perpenſa per di-
ctos Gubernatores fuit mandatum, quod di-
cti ducati viginti clàm ſoluerentur, ex *deciſis*
in hac deciſione; fuit mandatum ſolui clam,
nè inferretur præiudicium dicto Banco ex ta-
li exemplo; & fuit ordinatum Procuratori
Banci, quod inſtaret contrà illum, qui exegit
pecuniam à dicto Banco cum dicta falſa fide,
citrà præiudicium iurium competentium di-
cto Banco contra Pannectarium eiuſdem Bā-
ci, ad cuius onus currit ſolutio mala, vigore
fidium falſarum.

Obſerua ſecundò, quod v. g. Si Titius ha-
2 beat fidem crediti Banci Sacri Montis Pieta-
tis ducatorum mille, & illa perueniat in ma-
nus Sempronij domeſtici dicti Titij, quo ſem-
per vſus eſt pro accipiendis pecunijs à Ban-
cis, qui Sempronius ex illa fide faciat duas
apo-

apocas ducatorum noningentum notatas in illa fide cum girata falſa in pede illius fidei crediti veræ; deindè illas apocas notatas in fide, tradat Caio, & Mæuio, inſcientibus talem falſitatem, ille Caius, & Mæuius poſſunt accipere à Banco Sacri Montis Pietatis pecunias in illis apocis notatas, & contentas. & Bancũ debet ſoluere, non obſtante, quod verus Dominus illius fidei crediti, fecerit ſequeſtrare dictam pecuniam, & prætendat non debere fieri has ſolutiones, ex quo dictas apocas notatas in illa fide, non notauit ipſe verus Dominus, ſed alter non Dominus, falſificando eius manum, vt fuit deciſum, ex *deciſis* in hac *deciſione*, per Collaterale Conſilium anno 1686. ad relationem D. Regentis, & Locumtenentis Regiæ Cameræ D. Antonij de Caieta Delegati Banci Sacri Montis Pietatis, in cauſa Illuſtris Ducis Caſtellini N. de Alexandro cum Bãcherio, Andrea de Conſtantio, & alijs.

Obſerua tertiò, quod ſi Mæuius tradat Bã-
3 chetio Spiritus Sancti, v.g. tres fides crediti, vel apocas notatas in fidibus, non eiuſdem Banci, ſed alterius, & ex illis obtineat vnam, vel plures fides crediti dicti Bãci Spiritus Sãcti, ſi deindè Bancherius ille Spiritus Sancti, mittendo illas fides crediti, vel apocas notatas in fidibus, receptas, ad proprium Bãcum, ad quod ibant directæ, reperiat aliquas falſas, non poteſt teneri ſoluere illas fides crediti per ipſum firmatas, dùm giratarij illarum veniunt ad ſuum Bancum ad habendas pecunias in illis contentas, ſub prætextu, quod illæ fides crediti ſint efformatæ ex aliquibus apocis falſis, ex *deciſis* in hac *deciſione*, ſed debet dirigere greſſus ſuos contrà Mæuium, qui tradidit apocas falſas pro faciendis, & habendis fidibus crediti veris, vt deciſum fuit per Collaterale Cõſilium hoc anno 1687. cum Banco Sacri Montis Pauperum, referente D. Delegato dicti Banci.

Obſeruatio ad Deciſionem XIV.

AD *dec.* 14. Ad materiam recurſus cõpetentis Fiſco in Regno Neapolitano, vide, quæ diximus *in tract. de nullitatibus, tom. 1. rubr. 1. quæſt. 9. & rubr. 4. q. 23.*

Obſeruatio ad Deciſionem XV.

SVMMARIVM.

1 *Auxilians dans homicidio commiſſo cum armis igneis, an, & quando puniri poſſit, vt principalis? & num. 2.*

AD *deciſ.* 15. obſerua, diximus hic Nos *n.* 37. quod auxilium dans committenti delictũ cum armis igneis, poteſt, ſicut principalis,
1 puniri cum delegatione, & abreuiatione termini, vigore *Pragm. 5. de illu ſcopp.* Sed quid dicendum in Curijs Baronalibus, & contra mandantes, & an pœna duc. mille indicta per *Pragm. 28. de armis* contra delinquentes cum armis igneis, ſit illis infligenda?

Et videtur dicendum illam eſſe ſeruandum
2 in Curijs Baronalibus, & contra mandantes, & etiam quoad pœnam duc. mille indictam per *d. Pragm. 28. de armis.* Ea ratione, quia pœna Statuti punientis facientem maleficium, punitur etiam fieri faciens, ſecundùm doctrinam *Bart. in l. quemadmodum, C. de agricol. & cenſ. lib. 11. num. 4.* Igitur ſi *Pragmat. 15. de illu ſcopp. & d. Pragm. 28. de armis*, ità diſponunt contrà occidentes cum armis igneis, diſponunt etiam contra mandantes, deciſum refert *Thor. in Compend. deciſ. verb. Mandans, to. 1.* Sed vide, quod contrà tenet *D. Merlin. controu. 47. tom. 1.* quem ſequitur *D. Campan. reſol. crimin. 1. num. 15.*

Obſeruatio ad Deciſionem XVII.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit monopolium, & eius damnum.*
2 *An Rex exercere poſſit monopolium? an poſſit concedere, vt alius exerceat? In quo differat ius prohibendi à gabella? An Fiſcus ſoluat gabellam? & num. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. & 13. vbi deciſio Regiæ Cameræ.*

AD *deciſ.* 17. ad materiam monopolij videndus *Farinac. in fragm. crim. par. 2. nu. 287. & ſeqq. verb. Monopolium*, vbi totam materiam explicat *Capon. tom. 4. cap. 262. Caball. caſ. 215. Bouadill. in Politic. Cæſar Nicolaus Piſanus ad Gaetam ſuper Rit. R. C. S. rub. 20. n. 26.*

Ad quam *deciſ.* obſerua, quod pro annona
1 Regni, & ad euitandum monopolium, & quod Mercatores non emant victualla, vt illa carius vendant, eſt prohibitum Mercatoribus, & alijs, emere frumentum, ordeum, & alia victualia intrà 30. milliaria à Ciuitate Neapolis cauſa illud reuendendi, ſed ſolùm licet pro vſu proprio, nec etiam in foro magno dictæ Ciuitatis, nec in Dohanis Anellini, Arripaldæ, Grypiæ Minardæ, Apicis, Montisherculis, Reini, & Campibaſſi, ſub pœna amiſſionis frumenti, & ordei, & alijs D. Proregi reſeruatis, quæ pœnæ fuerunt declaratæ per *Pragm. 50. infrà*, in annis ſeptem relegationis Nobilibus, & triremium ignobilibus, vt in *Pragmaticis 11. 12. 15. 21. 25. 29. 30. 37. & 50. ſub tit. de annona Ciuit. Neap.*

Benè verùm Rex poteſt tale monopolium
2 exercere, vt indè ad publica onera ſupportanda pecunia compararet, *Ariſt. 1. lib. Polit. cap. 11. Plin. lib. 8. cap. 37. Strabo lib. 17. Caſſiodor. lib. 2. var. cap. 30. in fine, Maſſimil. Fauſt. in conſil. pro Ærario, claſſ. 10. conſ. 9. Bodin. de Rep. cap. 10. Bald. in l. 1. C. de monopol. Soccin conſ. 272. num. 6. lib. 2. Roland. conſ. 22. nu 9. Surd. conſ. 321. nu. 38.*

Giouagnon.conſ.29.lib.2.nu.19. Caball. caſ.215.
num.22. Riminald. iun. conſ.370. Tuſch.concluſ.
678.num.4.lit.P. Hering.de molendin. q.10. Cy-
riacus contron.462.n.27.Capyc.dec.209.n.20.Si-
xtin. de regal. lib.2.c.3.n.59.Piſan.vbi ſup.n.28.
Sic etiam Rex poteſt concedere priuilegiũ
3 vni Mercatori, quod ille ſolus poſſit emere, &
vendere tale genus mercimonij, putà tabac-
cum, aquam ardentem, mannam, & ſimilia,
quod priuilegium nos dicimus, *ius prohiben-*
di, & quod Mercatoribus eſt prohibitum, per
tex.in l.vnic.C.de monopol. Regi licet, *Alciat.in*
l. inter publica 17. verſ. Venalium, num.9.ff.de
verb.ſignific. & ibi, *Rebuff.ex Azon.& Hoſtienſ.*
in ſumma de contrah.empt. probat hoc eſſe con-
tra ius gentium, *& infrà in verſ. Etiam prohi-*
bentur, latiùs idem *in 2.tom. ad Conſtit.Gall.tit.*
de Magiſtr.artific.& monopol.prohib. art.4. gl.2.
vbi *num.7.* inter alia exempla ponit monopo-
lij prohibiti, ſi quis conatur impedire, nè ali-
quis exerceat negotiationem vini, aut alte-
rius rei, præter eum, etiam ſi in vim reſcripti
Regij id fiat, quia illud reſcriptum non valet,
& impetrans in monopolium incidit, citans
Corrad.de contractib.q.51. circà finem, & *num.8.*
addit, incidere in pœnam *d. l. 1. C.de monopol.*
eos, qui conueniunt, quod homines certi mu-
nicipij non deferant frumentum in Ciuitatē,
vt Dominus loci, vel Ciues ipſi priùs ſuum
vendant, vt ex *Alber. Bart. Soccin. & alijs*, di-
ſcurrit *Rebuff. per totam illam Gloſſam*, & præ-
ſertim *num.12.13. & ſeqq.* quod autē voluit
Iſern. in §. conuenticulas, num. 24. de pace iura-
mento firmanda, vbi communitates prohi-
bentur conuenire, quod negotiatores non
vendant, niſi ſecũdùm pretiũ per eos Statutũ.
Et monopolium definitur per *Briſſon. lib.*
4 *11. de verb.ſignif.* cum quiſpiam ſibi vni mer-
cis alicuius venundandæ ius, poteſtatemque
vendicare audeat, ex *Ariſt. & Sueton. Menoch.*
de arbitr.cent.6. cap.569. Decian. relatus à *Ca-*
ball.reſol.crim. caſ.215. nu.22. Piſanus in lauda-
to loco à n.25.
Quod ius prohibendi, vt poſſit exerceri, eſt
5 neceſſariò probanda immemorabilis conſue-
tudo, ſine qua iſta iura non poſſunt acquiri,
exempla ſunt in prohibitione molendi fru-
menta, coquendi panem, macellandi carnes,
niſi in certo molendino, furno, vel macello, ex
Panorm Signorol.Bertrand. Soccin.Iaſ.Dec. Affl.
Rip.Curt.& alijs, Auendan. de exequend. mandat.
2.par. cap.4. à num. 22. ad 26. vbi in ſpecie tra-
dit, nec etiam Domines inferiores poſſe pro-
hibere, nè alij vendant vina, vel frumenta, do-
nec ipſi vendiderint, ex quo infringitur liber-
tas, & ob id ipſis impunè reſiſti poteſt, ex *Al-*
beric.Luca, & Parid. Maſtrill.de magiſtr. lib.4.c.
18.num.25.& ſeqq.
Niſi immemorabilis legitimè probetur cũ
6 requiſitis deſcriptis per eum, *lib.1.cap.6.num.*
10.Myſinger.cent.5.cap.29. num.10. latè *Theſ.*
deciſ.16. vbi citat *Pragm. 14. de Baronib.* ſuper
qua dixit *D. Author*, & plura *Capibl.de Baron.*
Et *Boſſ.tit.de vectigal.num.4.* dicit, quod to-
7 tum illud pretium, quod augetur in re, putà
Sale, vltrà verum pretium, & commune, quã-
uis non contineat appellationem extrinſecam,
ſed reſpiciat augumentum pretij eiuſdem Sa-
lis intrinſecè, attamen quia re ipſa in idem
cadit, occaſione prohibitionis, putà ſi prohi-
beatur emere Sal, niſi in Salinis, vel ab Arren-
datoribus, à quibus neceſsè eſt emere cario-
ri pretio eius, quod alibi, vel ab alijs emiſſem
ſe mota prohibitione, totum propterea illud
augumentum pretij eſt proprium, & verum
vectigal, vel datium, concordat cum *Boſſio Re-*
mig.de Gonny in tractatib.tom.15.par.2.de chari-
tatiuo ſubſidio.q.60.nu.3.fol.183. vbi dicit, hoc
vectigal ſua Regione Galliæ vocari, *Sczam*,
quæ eſt impoſitio, quæ communiter imponi-
tur ſuper vectigalibus, quę venduntur ea con-
ditione, vt omnes emeutes vltrà iuſtum pre-
tium ſoluant certum augumentum, vt ſcil cet
panis, carnis, vinum, & omnia ad victum pa-
rata, quæ communiter haberentur pro octo,
vel decem, vendantur duodecim, vel plus, la-
tiſſimè hæc referens *D.Reg. Galeota reſp.fiſcal.*
10.num.25.& ſeqq. Capibl.de Baronib.par.1.nu.
164.in fine, Petra de poteſt.Princip.cap.13. n.10.
D.Conſ.Roſa conſult.69.num.12.
Et ſicut Rex ipſe poteſt exercere monopo-
8 lium, ſic poteſt concedere, vt alij illud exer-
ceant, dixerunt *Innoc.in cap.ſignificante, num.1.*
de appell.Vveſemb.conſ.67. num. 29. Giouagnon.
conſ.29.num.17. Maſtrill.de magiſtrat. lib.4.cap.
18.num.56.Clar.§.feudum, q.30. Intrigl.de feud.
q.72.num.1.Hering.de molend.qu.11. num.113.
D.Roſa conſult.69.num.16. Barboſ.in l.ſi vir.nu.
29.verſ Sed non recedendo, ff.ſolut.matr. Facbin.
conſ.6.num 7.lib.1.Kloch.de arar.cap.9.num.10.
& ſeqq.l.2. Maximil. eod.tract. claſſ.10.ordinat.
774.Borrell.de præſt. Reg.Cathol. cap.25.nu.10.
Vizzan.de mandat.Princip.l.3.cap.4.§.1.nu.33.
& ſeqq.D.Rocca diſp.cap.69.num.10.
Ex quibus, meo iudicio, gabella eſt illa, quę
9 ſoluitur ab omnibus introducentibus, v.g.
panem, farinam, vinum, ſeelcum, in aliquam
Ciuitatem, ad certam rationem, putà ad ra-
tionem decem, vel viginti pro centum valo-
ris rei, *l.inter publica.§.publica*, vbi *Alciat. Re-*
buff.& alij, ff de verb.ſignif. Briſſon.in eundem
tit.lib.19.verbo Vectigal, Auendan.de exeq.mãd.
par.2.cap.4.num.7. Sixtin. de regal. lib.2. cap.6.
Caballin.milleloq.174.num.2. Andr. Knichen de
Saxon.non prou iure.cap.5.nu.78. & 79.Boſſ.tit.
de vectigal.in princ. Ius prohibendi eſt, quando
res valet decem, & itã communiter vendi ſo-
let, & hæc res ſolet vendi, & emi ab omnibus
ad dictam rationem, Rex dat priuilegiũ vni,
vt ſolus ille poſſit vendere talem rem, ſi dici-
tur ad dictam rationem decem, eſt ſimplex
ius prohibendi, quæ publico non præiudicat.
ſed

ſed tantùm illis perſonis,quæ ſolebant emere,
& vendere illas res, ſed ſi taxetur, & augea-
tur pretium talis rei,tunc eſt gabella, ex *DD.*
ſuprà citatis, & ius prohibendi ſimùl.
Ex his dicebam Ego vti Aduocatus Regiæ
10 Dohanæ Neap. vanam eſſe prætentionem
D.Aduocati Fiſcalis Regij Patrimonij,peten-
tis non deberi ſolui diriƈtus diƈtę Regię Do-
hanæ ex aqua ardente,quæ introducebatur in
hanc Ciuitatem Neap. quando Arrendamen-
tum, & ius prohibendi diƈtæ aquæ non eſt lo-
catum,ſed redditus exiguntur in demanio, ea
ratione, quia Fiſcus non ſoluit gabellas, ad
tex.in l.locatio,§.Fiſcus, ff.de vectigal. & gabell.
*Alfar.de offic.fiſcal.gloſ.*20.§.8.*num.*116.*& gloſ.*
34.§.1.*ſpec.*10.*num.*58.
Dicebam vanam,quia ex diƈtis,diƈtum ius
11 prohibendi, aliud non eſt quam priuilegium
datum vni, vt ille ſolus vendat tale genus rei,
ſed illi non datur priuilegium, vt gabellam il-
lius rei non ſoluat, nàm hoc eſſet præiudicare
tertio, & ſic aſſignatarijs in hoc noſtro Re-
gno,quibus Rex anno 1649. dedit inſolutum
diƈtum Arrendamentum Regiæ Dohanæ,tol-
lendo eis diƈtus diriƈtus eis ſpeƈtantes pro
diƈta aqua ardente introducenda ad hanc
Ciuitatem, & Rex non præſumitur velle iura
tertij præiudicare per priuilegium, *leg.* 2. *§.ſi*
quis à Principe, ff.nè quid in loco publ. Reg. Tap.
de conſtitut. Princip. in rubr. c. 2. *cap.ſuper eo*
de offic.& poteſt.Iudic.deleg. & ibi, *Auguſt.Bar-*
*boſ.num.*3.*Gonzal.nn.*6. *Reg. Valenz. conſ.*166.
*num.*90.*& ſeqq.lib.*2.*Anna conſ.*62. *num.*23.
Et quamuis Fiſcus non ſoluat gabellas, id
12 intelligitur, quando res deſeruit pro ſuo ſer-
uitio, non autem quando de diƈta re merca-
tur, vt eſt in caſu noſtro, nàm tunc ſoluit ga-
bellas, *d.§.Fiſcus,verſ.Mercatores,l.vniuerſi,C.*
*de vectigal.& commiſſ.*vbi *DD.* omnes *Thomas*
Parpalias in l.placet,num 111.*verſ.Fallit primò,*
*C.de Sacroſanct.Eccleſ. Natta conſ.*139. *num.*4.
*lib.*1.*Roland.conſ.*61. *nu.*23.*lib.*4. quidquid di-
xerit *Ruin.conſ.*89.*num.*5. *lib.*1. *Reg. de Marin.*
*ad Reuert.deciſ.*548.*num.*2.
Et ex his obtinui per R.C.eſſe ſoluendam
13 gabellam de diƈta aqua ardente hoc anno
1686.in Banca Capi.

Obſeruatio ad Deciſionem XIX.

S V M M A R I V M.

1 *Laicus an poſſit fideiubere pro Clerico,& quando,*
vt conueniatur coram Iudice Eccleſiaſtico?

AD *deciſ.* 19. *ad num.* 8. obſerua, quod licet
de iure Aragonio, laicus fideiubere non
poſſit coram Iudice Eccleſiaſtico, vt ibi
1 conueniatur per formam *ſi deleg.* 5. *de iuriſd.om-*
nium Iudic. prout eſt ſtatutum etiam de iure
Caſtellæ,Portugalliæ,Nauarræ, Franciæ, *Car-*
*leual.de iudic.lib.*1.*tit.*1.*num.*1121.*Anguin.de*
*legib.lib.*3. *contro.*22. Tamen ſecùs eſt in fide-
iuſſoribus laicis coram Iudice Eccleſiaſtico
Ordinis Monteſiæ, *D.Creſp.obſ.*56.& fusè quo
ad hanc fideiuſſoriam materiam, *Cæſar Nico-*
laus Piſanus ad Goffredum de Gaeta ſuper Riti-
*bus R.C.S.in rub.*26.

Obſeruatio ad Deciſionem XX.

AD *deciſ.*20.videndi *Cortiada deciſ.Cathal.*10.
*num.*114.*Palma alleg.*171.*tom.*1.

Obſeruatio ad Deciſionem XXI.

S V M M A R I V M.

1 *An in S.C. currant fatalia?*

AD *deciſ.* 21. An in S.C. currant fatalia? Hi
dicunt non currere, *Carleual. de iudic. in*
*addit.ad tom.*2. *additis in tom.*2.§.8. *Reg Ga-*
1 *leot. controuerſ.* 19. *&* 20. *lib.* 1. ſed quod cur-
rant, *Reg.de Marin.lib.*2.*cap.*79.*& ad Reuerter.*
deciſ 178.*&* 578 *Marotta diſcept.cap* 13. *Dom.*
*Prat.ad Muſcatell.par.*2.*gloſ.finiendum, col.*2.*&*
*lib.*2.*diſcept.cap.*10.*Paſchal.de patr.poteſt.par.*1.
*cap.*8.*ad n.*223. *Dom. Staib.reſ.*94.140.*&* 197.
Dom.Petra ritu 248.*num.*26. *ritu* 260. *num.*34.
*Luca ad Franch.deciſ.*646. *Dom.Philipp. diſſert.*
*fiſcal.*12.*Nos ad Rouit.hic,* & ita deciſum refert
per S.C.nouiſſimè *Dom. Mucei ad Reg. Sanfel.*
*deciſ.*6. *num.*14. maximè ſi Sacrum Conſilium
ex relatione cauſæ facienda à D. Commiſſa-
rio, olfaciat iniuſtitiam reclamantis, vt acci-
dit in caſu illius deciſionis, aliàs exiſtente
iuſtitia reuidet ex ijſdem aƈtis.

Obſeruatio ad Deciſionem XXII.

S V M M A R I V M.

Quanta ſit legitima matris in bonis filij, tertia
tertiæ, vel tertia totius, vbi deciſio Rotæ Roma-
*næ, & à num.*2.*ad num.*30.
31 *An,& quando legitima filijs ſit relinquenda, titul.*
*inſtitutionis? & num.*32.*&* 33.

AD *deciſ.* 22. Quanta ſit legitima matris in
bonis filij; ſi tertia tertiæ, vel tertia totius,
vel quanta, diſputat latè *Bellon. de iure ac-*
1 *creſcend.tom.*1.*cap.*6.*q.*16. vbi ponit decem ca-
ſus,quibus materia accidere poteſt,& reƈtè il-
los per iuris tramites definit, *Merlin. de legit.*
*lib.*1.*tit.*3.*q.*4. libet hic imprimere deciſionem
Rotæ Romanæ contrà deciſionem D.Autho-
ris hic. Videant Leƈtores, quæ meliora iura
foueat.

DECISIO SACRÆ ROTÆ ROMANÆ CORAM R. P. D. CACCIA

Romana, ſeù Ianuen. Legitimæ,

Lunæ 9. Decembris 1686.

OBijt bonæ memoriæ Nicolaus Pallauicinus Ciuitellæ Princeps, qui in primo teſtamento inſtituit ſibi hæredem
1 clariſſimæ memoriæ Cardinalem Lazarum Pallauicinum, patruum neglectis DD. Sororibus vtrinque coniunctis, & D. Ioanne Baptiſta Centuriono Auo, qui côtrà Tabulas inofficioſi querelam propoſuit; quapropter annullato teſtamento, & concurrentibus cum Auo DD. Sororibus, cùm nihilominus volũtas Teſtatoris per clauſulam Codicillarem in vim fideicommiſſi ſubſtineretur, dubitatũ fuit, quota eſſet legitima Aui; An tertia tertię partis hæreditariæ, quam in ſucceſſione merè inteſtata conſequeretur in concurſu cum DD. Sororibus, an vero tertia totius hæreditatis, & prçuijs pluribus Deciſionibus coram Eminentiſſimo Matthæio, tunc noſtri Ordinis Auditore integerrimo, pronunciatum fuit, legitimam eſſe tertiam totius ſubſtantię, quam DD. Sorores non capiunt, quæ ſententia fuit in ſecunda inſtantia coram R.P.D. meo Benincaſa, & hodiè in tertia coram me iterum confirmata.

Etenim realiumentes fundamenta latiùs
2 deducta in præteritis Deciſionibus, dicebant, aſcendentem habere intentionem fundatam pro integro triente in clara diſpoſitione textus in §.1. *Auth. de trient. & ſemiſſ.* ibi: *Non triuncium et reliqui ſolum, ſed tertiam propriæ ſubſtantiæ partem, hoc eſt vncias quatuor. & hanc eſſe definitam menſuram*, & paulò ulterius, ibi: *Licebit ei reliquum octuncium forte aut ſemunciam habere, & largiri ſicut voluerit filiis ipſis, aut cuilibet extraneorum, & natura primò creata competenter ſic ad extraneas largitates accedere*. Ex diſpoſitione enim prædictæ *Authenticæ* ſtatuitur quota legitimæ in reſpectu totius hæreditatis, non ſolùm fauore filiorum, ſed etiam aſcendentium, vt habet textus, ibi: *Hoc obſeruato in omnibus perſonis, in quibus ab initio antiqua quarta ratio de inofficioſo decreta eſt*, & notant communiter DD. in *Auth. nouiſſima, C. de inoffic. teſtam.* ac in terminis *Gabr. côſil. 94. num. 12.* [illegible] *R. Ponte conſ. 6*[illegible]*. num. 10. Bellon. de iur. accreſc. cap. 6. qu. 16. num. 65. Theſ. deciſ. 172. num. 3. Sperell. deciſ. 34. num. 3. & 9. Duñoz iun. deciſ. 757. num. 3.*

Hæc regula, quandu agitur de legitima
3 debita aſcendentibus, vnicam patitur limitationem fauore fratrum, vel ſororum defuncti vtrinque coniunctarum; Cum enim illi ex poſteriori diſpoſitione textus *in Auth. defuncto, C. ad Tertull.* concurrant cum aſcendente ad ſucceſſionem vniuerſalem ab inteſtato, hinc ſequitur, vt ſicut hæreditariam ſucceſſionem aſcendenti diminuunt, ità per conſequẽtiam diminuant etiam legitimam, non quia ipſi concurrant in dicta legitima, quæ fratribus nunquam debetur, niſi quando inſtituta ſit turpis perſona, per tex. *in l. fratres, C. de inoffic. teſtam. §. ſoror, Inſtit. eodem titulo*, vt latè obſeruat *Merlin. de legitim. lib. 1. tit. 2. q. 13. num. 1. & ſeqq.* Sed quia, vt dictum eſt, diminuunt portionem hæreditariam, à qua legitima, vt pars a ſuo toto, eſt deducenda, *Bald. conſ. 350. num. 2. lib. 4. Gabr. d. conſ. 94. ſub nu. 20. & ſeqq. Marcſcott. var. reſol. lib. 1. cap. 10. num. 19. & 20. Peregr. de fideicomm. art. 38. num. 13. verſ. Quartus caſus, Bellon. d. conſil. 16. nu. 109. & ſeqq. Rota deciſ. 421. num. 4. & ſeqq. par. 4. diuerſ. deciſ. 219. num. 7. par. 6. rec. Duñoz deciſ. 732. num. 3.*

Quapropter ſiuè ab inteſtato, quando ex diſpoſitione Statuti, vel hominis, alteratur ſucceſſio iuris communis, ſiuè in cauſa teſta-
4 ti, quando quæritur de quota legitimæ aſcẽdentibus debitæ, illa inualuit ſententia à *DD.* magis recepta, & à Sacra Rota ſemper probata: quod ſi agitur cum fratribus vtrinque coniunctis intret limitatio regulæ, vt quidquid ipſi capiunt ex hæreditate, ſiuè titulo particulari, ſiuè vniuerſali, iuxtà caſus côtingentes ad menſuram fauoris, & emolumenti, quod conſequuntur, diminuat directè hæreditatem, & conſequenter indirectè, & cauſatiuè legitimam: è conuerſo autem quando agitur cum extraneis, qui nullam habent conſucceſſionem de iure communi cum aſcendente, retineatur regula d. §. 1. *Authentica de trient. & ſemiſſ.* vt ſcilicet legitima ſit tertia totius, vt diſtinguit *Bald. dicto conſ. 350. ſub nu. 2. lib. 4.* [illegible] *Ponte dicto conſ. 68. num. 6. & ſeqq.* & per tot. & pluribus relatis caſibus, *Peregrin. de fideicommiſſ. art.* [illegible] *ſub num. 13. verſ. Quartò. Merlin. de legitim. lib. 1. tit. 4. q. 7. nu. 12. & ſeqq. Theſ.* [illegible] *d. deciſ.* [illegible]*2. num. 6. Rota dicta dec. 421. num.* [illegible] *& ſeqq. par. 4. diuerſ. Duñoz dicta deciſ. 732. num. 6. & deciſ.* [illegible]*5*[illegible] *num. 3.*

Ratio eſt deducta ex ipſa *Authentica defun-*
5 *cto*, quia conſucceſſio ab inteſtato, quæ ſola operatur diminutionem hæreditatis, & conſequenter legitimæ, in præiudicium aſcendẽtis, eſt inducta fauore fratrum vtrinque coniunctorum tantum, excluſis etiam fratribus conſanguineis, vt patet ex litera d[illegible] *Authentica*, Ideo ceſſante fauore fratrum ceſſat etiam ratio diminutionis, *l. adigere, §.* [illegible] *ff. de iur.*

iur.patr.l.ſi pater,ff.de hered.Inſtit.Gabr.d.conſil. 94.ſub num.16. verſ.Quando, Duñoz d.dec.732. num.5.& deciſ.757.nu.4.& in deciſione R.P.D. mei Benincaſæ, §. quod optima; Eſſet enim iniquiſſimum, vt id quod auſertur ab aſcendente contemplatione fratrum, cedat commodo hæredis extranei, vt conſiderat *Fabian. de Giecch. in Auth. nouiſſima,num.44.& 45. C.de inoffic.teſtam. Bellon.de iur.accreſc.d q.16. n.115. Sperell.deciſ.34.num.32. Cardinalis de Luca de legit.diſc.10.ſub num.30. verſ.Replicabam.*

Hanc proportionem inter fauorem fratris,
6 vel extranei breuiter, ſed eleganter docuit *Bald.in Auth.nouiſſima, num.10. C. de inoffic.teſtam.* vbi tradit generalem theoricam, quod quando res ità ſe habet ex teſtamento,ſicut ſe haberet ab inteſtato, legitima ſit tertia portionis debitæ ab inteſtato; Si verò non ità ſe habeat, legitima ſit tertia totius; optimè agnoſcens totam rationem diminutionis poſitam eſſe in æqualitate teſtati cum inteſtato, quando ſcilicet militat idem fauor fratrum ex diſpoſitione hominis, qui militaret ab inteſtato ex diſpoſitione legis, ſecùs è contra, quam theoricam in ſenſu affirmatiuo ſequũtur *Gloſſ. marginalis in dicta Auth. nouiſſima, verb.Placet,*ibique *Salyc. num. 8. in fine, Iaſon. num.63.Oſaſch.conſ.56.num. 2.* qui teſtatur de communi *Gabr.d.conſ.94. num.13. Peregr.de fideicommiſſ.art.36. num.11.* vbi pariter de cõmuni,*& art.38.ſub nu.13. verſ.Tertiò, quia, Petr.de fid.q.15.ſub num.75. Mangil.de imput.q. 6.num.34.*vbi de communi,& recepta opinione, *Rota deciſ.219. num.4. par 6.* In ſenſu verò negatiuo *Soccin.ſen.conſ.150. ſub num.28. verſ. Confirmantur, Surd. conſ.404. num 7. Altograd. conſ.57.num.22.lib.1. Bellon. de iur. accreſc.cap. 6.q.16.num.71.& 114.Rota poſt Merlin.de legitim.deciſ.57. nu. 24.* vbi dicit doctrinam *Baldi* eſſe communiter approbatam, *& deciſ.62. nu. 37.* vbi plures adducit de magis communi teſtantes.

Eandem proportionem, & menſuram con-
7 ſtanter tenuit Rota diminuendo legitimam ad limites fauoris fratrum, iuxtà caſuum cõtingentiam: Ità in magiſtrali *deciſ.421. par. 4. diuerſ.* cum ageretur de fauore fratrum excludentium matrem à ſucceſſione defuncti,vigore Statuti, præterquam à legitima, Rota cenſuit eam diminuendam eſſe ad tertiam portionis debitæ ab inteſtato de iure communi: Ità è contrà *in illa Romana de Menichellis poſt Merlin. deciſ.37.* quia contentio erat cum fratre conſanguineo tantùm,deciſum fuit legitimam eſſe tertiam totius hæreditatis. Sic pariter *in deciſ.69.poſt eundem Merlin.* cum quæſtio eſſet mixta cum fratribus, & extraneis, quia agebatur de ſupplemento legitimæ matris cum fratribus inſtitutis in proprietate, & cum vxore inſtituta in vſufructu, vt patet ex poſitione illius cauſæ,deciſum fuit,legitimam eſſe tertiam totius ſubſtantiæ, quam fratres non capiunt, dummodò non ſit minor tertia tertiæ.

Similiter *in deciſ. 732. & 757. coram Duñoz*
8 *iun.* cum in teſtamento filiæ, præterita matre, frater inſtitutus fuiſſet in proprietate, ac maritus in vſufructu;& contratabulato teſtamẽto per clauſulam codicillarem Teſtatoris voluntas ſuſtineretur in vim fideicommiſſi, dictum fuit legitimam matris eſſe tertiam totius quoad vtrumque:ſcilicet quoad fratrem, quia declarauit ſe nolle facere partem matri in diminutione legitimæ, quoad maritum, quia erat extraneus. In quibus deciſionibus illud præcipuè notandum,quod frater adiuerat hæreditatem, vt *in pr. ſub num.5. verſ.Nec releuat,& in ſec.ſub num.2.verſ.Nec refert,*& nihilominus deciſum fuit per eam aditionem nullum ius quæſitum fuiſſe marito,ea ratione, quia ius diminuendi legitimam, quod eſt inductum fauore fratrũ nihil pertinet ad extraneum, cuius reſpectu exiſtat frater, nec nè, ſemper legitima eſt tertia totius hæreditatis.

Nec ſolùm in ſucceſſionibus vniuerſali-
9 bus, ſed etiam in particularibus relictis hanc proportionem Rota ſemper retinuit, conſtanter exiſtimans emolumentum, quod fratres conſequuntur ex legatis,diminuere hæreditatem ad hunc effectum calculandi legitimam aſcendentis, vt in *d.deciſ.421. num.8. par.4.diuerſ.Peutinger.deciſ.495.num.2.Priol.deciſ.268. num.4.& in rec.deciſ.572. num.23. par 5.* plenè *in deciſ.219. per tot.par.6. & deciſ. 662. num.8. par.19.* Non refragante rotius inutiliter repetita diuerſitate inter ſucceſsionem, ſeù titulũ vniuerſalem,& legata, quæ ſunt titulus particularis non ſcindens, nec diuidens hæreditatem: Animaduertendum enim eſt ad rationẽ, quare legata, quæ vtpotè merè liberalitates regulariter non minuunt hæreditatem ad effectum calculãdi legitimam, nihilominus facta fauore fratrum eam minuant,& dedocantur per priùs,ſanè non alia, niſi quia dùm in ſubſtantia concernunt fauorem fratrum, pro ea parte conſtituunt æqualitatem teſtati cum inteſtato, & ſuccedunt loco partis, & tituli vniuerſalis, *Merlin.de legitim. d.lib.1.tit.4.q.7. num.15.& 16. Mareſcott. d.cap.10.num.9. Sperell.deciſ.34.num.37. Rota d. deciſ.421 num.8. par.4.diuerſ.*& latè *in d.deciſ.219. nu.7. & ſeqq. & num.20. par.6. rec.* è conuerſo ſi ex aliqua circumſtantia ſuccedere nõ poſsint loco partis, veluti quia ſoror eſſet à Statuto excluſa, tunc detrahuntur poſt legitimam, eamque non minuunt,quia ſoror per legatum non dicitur admiſſa ad ſucceſsionem,& ideò impoſſibile eſt, quod faciat partem, *Mareſcott. d.c. 10.num.17.& 18.Card.de Luca d. diſc.40. n.12. de legitim. Rota deciſ.38.& 68.poſt Merlin.& deciſ.421.num.9.par.4.diuerſ.& d.deciſ.219. num. 19. par. 6.recent.* Sicut pariter ſi legatum ſit

adeò

adeò pingue, vt excedat emolumentum, quod frater conſequutus fuiſſet ex ſucceſsione inteſtata; tunc quia pro rata exceſſus non adeſt æqualitas teſtati cum inteſtato, in ea parte exceſsiua non deducitur per prius, nec minuit hæreditatem ad effectum calculandæ legitimæ, quę adhuc remanet tertia tertiæ, vt in *deciſ. 69. poſt Merlin. de legitim. & in deciſ. 308. nu. 11. & 12. coram Duñoz iun.* Vndè retorquetur argumentum: Si enim titulus etiam particularis liberalitatis minuit hæreditatem in hoc caſu, & ad hunc effectum, de quo agitur, contra regulas iuris in alijs caſibus, manifeſtum eſt, vim non eſſe in ſciſſura, nec in titulo, ſed in fauore, & emolumento, atque in effectiua æqualitate teſtati cum inteſtato, vt etiam concludit *Bellon. d. q. 16. num. 157.*

Igitur cum in præſenti militet fauor DD.
10 Sororum pro Trebellianica, quam retinent, & fauor DD. de Roſpiglioſis, qui ſunt extranei, pro reliqua hæreditate, quæ eis reſtituitur, æquiſsimæ viſæ fuerunt ſententię, quę iuxta prędictam proportionem iudicarunt hęreditatem diminui, pro ea parte, quam ſorores conſequuntur: in reſiduo verò legitimam eſſe tertiam totius hęreditatis per ſupradicta.

Retenta hac proportione in noſtro Tribu-
11 nali inconcuſsè ſeruata, ſuperfluum videbatur reſpondere ad argumenta contraria, & nihilominus Domini, vt Partibus magis ſatisfacerent, hanc Prouinciam aſſumentes dixerunt, primò, non obſtare, quod nos verſemur in ſucceſsione inteſtata, ex quo annullato teſtamento per querelam inofficioſi, auus, & ſorores insimùl ab inteſtato ſuccedāt. Si enim hoc aſſumptum verè, & propriè ſubſiſteret, fruſtrà fieret tanta contentio à DD. de Roſpiglioſis extraneis, ad quos, ſiuè ad Cardinalē Pallauicinum eorum Auctorem, ſucceſſio inteſtata non pertinet. Sed verè, & propriè ſumus in ſucceſſione mixta legis, & hominis, quia ſucceſſio delata auo, & ſororibus per diſpoſitionem legis, ſtatim eiſdem aufertur per diſpoſitionem hominis explicatam per clauſulam codicillarem, quæ ſignificat expreſſam Teſtatoris voluntatem fauore hæredis ſcripti, vt per *Caſtrenſ. conſ. 200. ſub nu. 1. verſ. Et obliquatio, lib. 1. Surd. conſ. 232. ſub num. 26. & 27. Fab. in Cod. lib. 6. tit. 17. defin. 2. num. 25.* ibi: *At cum teſtamentum factum ſit in fauorem extranei, in eoque adiecta clauſula codicillaris, manifeſtum eſt id vnum Teſtatorem agere, vt quantum in ſe eſt, excludat eos, qui ab inteſtato eſſent ſucceſſuri,* & admittit contraria *deciſio Eminentiſs. Matthæi ſub die 10. Martij 1684. §. Itaque omnia.* Idque etiam oſtendit ipſa quæſtio legitimæ, de qua nunc agitur; nàm ſi eſſemus in ſucceſſione inteſtata iuris communis non quæreretur de legitima, ſed de ſucceſſione, *Alex. conſ. 117. num. 13. vol. 6. Gabr. dicto conſ. 94. ſub nu. 2. verſ. Et quamuis.* Ideò ſemper recurrimus ad eandem difficultatem, an Teſtator per hanc diſpoſitionem, & voluntatem expreſſam poſſit oblique diſponere vltrà deuncium, & hæres extraneus habeat ius diminuendi legitimam aſcendentis, à DD. & Rota negatiuè reſolutam, vt ſuprà, & in terminis, quod vbi fratres ſunt grauati per clauſulam codicillarem non obſtent aſcendenti, ſed iſtius legitima ſit tertia totius, *Gabr. conſ. 94. num. 19. & ſeqq. lib. 1. Petr. de fideicommiſſ. quæſt. 15. ſub num. 75. verſ. Maiorem tamen, Bellon. d. 7a quæſt. 16. num. 94. n. 174. & 175. Barry de ſucceſſ. lib. 16. tit. 3. n. 10. verſ. Tertius caſus, De Luca ad Franch. deciſ. 63. ſub num. 2. verſ. Contrarium, Card. de Luca d. ſe. 40. num. 5. & 6. de legitim. Mangil. de imput. q. 6. num. 26. & 34 Spercil. deciſ. 74. num. 29. & ſeqq.* & firmat *deciſio R. P. D. mei Benincaſæ, §. Iuſtitia.*

Secundò non obſtat, quod legitima ſit por-
12 tio eius, quod quis habuiſſet ab inteſtato, ad *text. in l. Papinianus, §. quoniam autem, ff. de inoff. teſtam. l. cùm quæritur, l. parentibus, C. eodem, cum alijs concordantib.* Cùm autem in hoc caſu exiſtant duæ ſorores, quæ æqualiter cum matre conſuccedunt ab inteſtato, legitima proptereà debeat eſſe tertia tertiæ.

Nàm placuit reſponſio aliàs data in præ-
13 teritis *deciſionibus Eminentiſsimi Matthæi, & R. P. D. Benincaſa,* quod argumentum procederet, ſi res ageretur cum fratribus, vel ſororibus, quibus ab inteſtato competit ſucceſſio immunis à detractione legitimæ; ſed cùm in hoc caſu quæſtio ſit cum extraneo, qui nullā habet conſucceſſionem ab inteſtato cū aſcendente, ſubintrat theorica *Baldi* ſuprà relata, & communiter recepta, quod ſcilicet cùm res non ità ſe habeat ex diſpoſitione hominis, ſicut ſe haberet ex diſpoſitione iuris communis, argumentum ſumptum à ſucceſſione, quā quis habiturus eſſet ab inteſtato, non procedat, vt reſpondet *Rota poſt Merlin. de legit. deciſ. 57. num. 24. & deciſ. 62. nu. 37.* cùm alijs ſuprà, *§. hanc proportionem.* Cuius theoricæ pulchram rationem ſubnectit eadem *deciſio 57. ſub n. 24.* ſcilicet, quia quando ſumus in diſpoſitione hominis: *Quærimus de ſucceſſione inteſtata ſimilitudinariè, & comparatiuè, hæc autem comparatio non poteſt fieri, niſi demus terminos habiles in vtroque caſu, ſic quando in caſu inteſtati adfuiſſent eadem bona, & eadem perſonæ, quæ ſunt in caſu teſtati, aliàs eſſet velle comparare illud, quod eſt cùm eo, quod non eſt.* Hæc ibi Rota,

Imò retorquetur argumentum; ſicut enim
14 ſi DD. Sorores ab inteſtato ſuccederent ſolū in duabus vncijs, pro ea tantùm rata diminuerent hæreditatem, & facerent obſtaculum aſcendenti in diminuenda legitima, ità pariter dicendum, ſi excludantur iudicio Teſtatoris, quod vim legis habet, *l. 1. C. de Sacroſ. Eccleſ. §. diſponat, Auth. de nupt. Salyc. in d. Auth. nouiſſima, num. 8. in fine, C. de inoffic. teſtam.* Pro ea enim parte, in qua fratres à Teſtatore non

ad-

admittuntur, aptitudo ſuccedendi conſideratur ſolùm in aſcendente, qui poteſt impugnare teſtamentum, & ideò capit pro ſua legitima tertiam totius, quaſi tertiam eius, quod licet ab inteſtato habiturus, fratribus circumſcriptis, vt per *Oldrad. conſ.123. num.4. in fine, Surd.conſ.404.num.7. Bellon. d.qu.16. num.74. Sperell.d.deciſ.34.num.5.& 6. Rota poſt Merlin. de legitim. deciſ.37. num. 3.* & concordant aliæ deciſiones ſuprà allegatæ.

Et quidem ſi legitima ſemper eſſet portio 15 portionis, quam quis habuiſſet ab inteſtato, inutilis fuiſſet diſputatio *Butrigarij cum Bartolo* in determinanda eius quota, inutiles tot labores *DD.* in eadem conſumpti; erroneaque ſententia Rotæ, quæ pro modo fauoris, & emolumenti fratrum in ſupradictis deciſionibus proportionem, & menſuram legitimæ toties conſtituit; Cùm vnico verbo à portione inteſtata omnes quæſtiones decidi potuiſſent.

Tertiò non refragatur, quod ſufficiat fra16 tres, vel ſorores ſuccedere cum effectu in aliqua parte, vt dicatur impleta æqualitas, & ſimilitudo teſtati cum inteſtato, & decreſcat legitima ad tertiam tertiæ, nulla habita ratione ad maius, vel minùs emolumentum, vt videtur ſenſiſſe *Bald.in d. Auth.nouiſſima in fine*; dubitatiuè tamen, & nihil firmando, exemplificans in fratre inſtituto in vno nummo, & ſequuntur *Soccin ſen.conſ.85.num.7. lib.1. Corn. conſ.97.num 1.lib.1. Peregrin. de fideicomm. art. 38.num.10.Scip.Theod.alleg.35.nu.26. Cyriac. contron.288.num.7.* Etenim hæc opinio, vel nõ eſt attendenda vti directè repugnans cum ſententia noſtri Tribunalis, quæ tàm in relictis vniuerſalibus, quàm in particularibus ad limites tantùm fauoris, & emolumenti, quod fratres conſequuntur, diminutionem hæreditatis, & conſequenter legitimæ proportionabiliter conſtituit, vt in ſuprà allegatis deciſionibus, vel eſt temperanda, & intelligenda, vt frater inſtitutus in vno nummo, vel alia re certa impediat quidem matri integram detractionem trientis, ſed ad menſuram relicti, demendo ſcilicet illud ab aſſe, & poſteà detrahendo pro legitima matris tertiam reſidui, prout in hunc ſenſum doctrinam *Baldi* accipiunt *Mareſcott.d.cap.10.num.9. Rota d.deciſ.421.num.8.par.4.diuerſ.& in deciſ.219. n.5. par.6.*

Quartò non vrget, quod in hoc caſu DD. 17 Sorores, quæ cum non ab inteſtato ſuccedũt, ſaltem in actu primò ſint hæredes æqualiter, & efficaciter, adeòut miniſterio legis ſcindãt hæreditatem, & faciant decreſcere legitimam aui, licet incontinenti reſtituant; eòque magis, quia retinent Trebellianicam, quæ cùm ſit præmium reſtitutionis, præſupponit præcedentem acquiſitionem.

Hæc enim, & ſimilia argumenta videbantur 18 *DD.* magis conſiſtere in nominibus, quàm in rebus, cùm tamen iura noſtra non verbis, ſed ipſis rebus legem imponant, vt inquit *textus in l.2. C.commun. delegat. in fin.* Nàm cum in eodem actu primò, in eodem inſtanti hæreditatem acquirant, cum onere ſtatim reſtituendi hæredi ſcripto, indè ſequitur, quod ſi ſpectemus nudum nomen hæredis, verùm ſit dictas Sorores fuiſſe nomine hæredes. Si verò rem, & ſubſtantiam, veriùs eſt, vt reſpectu eius, quod reſtituunt, fideicommiſſarius effectu habeatur pro hærede, *l.poſtulante, §.1.ff.ad Trebell.* ibi: *Et haberi hæredis loco, pro qua parte reſtituta ei eſſet hæreditas, l.ſi hæres 68.ff.eodem*, ibi: *Hæredis vice fungi eum, cui fideicommiſſum relictum eſt, l. ſi filius 5.§.2. ff. quod cum eo,* ibi: *Effectu quodammodò hæres eſt*: cum alijs plenè cumulatis in præteritis deciſionibus: Et in effectu in eum tranſeunt omnes actiones vtiles, tàm actiuæ, quàm paſſiuæ, *l.1.ff.ad Trebell. l.penult. §.1. C. eodem*, & in ſpecie contra eum datur querela inofficioſi teſtamenti, *l. 1. C.de inoffic.teſtam.* ea ratione, quia reſtituta hæreditate ſunt tranſlata iura hæreditaria. Proùt quoque ei datur ius accreſcendi pro ea quota, quam reſtituta ſibi hæreditate conſequitur, & pro Trebellianica, ſeù portione retenta datur primò hæredi, latè *Bellon. de iure accreſc.cap.7.quæſt.69.num.8.24.27.& 38. Peregr. de fideicomm.art.4.num.7.*

Ex quibus omnibus ad euidentiam proba19 tur, quod momentanea illa acquiſitio, quæ fit per DD. Sorores ad commodum fideicommiſſarij vſque ab initio, non eſt in iure conſiderabilis, quia nudum nomen hæredis non magis obſtat aſcendenti, quàm ſi re vera Sorores non ſucceſsiſſent, vt eſt optimus *textus* aliàs in præteritis deciſionibus ſæpè allegatis, & ab oppoſitionibus vindicatus in *l. 2. §. ſed ſi ſint, ff.ad Tertull.* ibi: *Vt tunc ei obſtent quoties rem habent, nè nudum nomen hæredis noceat matri, Petr. de fideicomm. quæſt. 15.ſub num.75. verſ. Quoniam, & verſ. Sicque patet, Bellon. dicta q.16.num.175. De Luca ad Franch. deciſ.63.n.2. verſ. Contrarium.* Illa enim nominalis ſucceſſio non implet finem legis inductæ fauore fratrum, vt nempè res, quæ aſcendenti minuitur, cedat in beneficium Sororum minuentiũ, vt totiès diximus, & probat *Oldrad. conſ. 123. ſub nu.2. verſ. Et primò, Mangil.de imput. qu.6. nu.4.* Aliàs enim ſequeretur abſurdum, quod nempè plus tribuerent hæredi ſcripto codicilli, quàm teſtamentum, plus titulus nullus, quàm validus, plus diſpoſitio facta contra, quàm iuxtà pietatem, & legem, quodque Teſtator plus poſſet in hæredem conferre per indirectum, quàm per directum, eludendo legem diſponere fauore extranei vltra octuncium exiſtente legitimario, contra *Auth.de trient.& ſemiſſ. in principio velatam,* vt benè ponderant *Bellon. dicta qu.16.num.174. De Luca ad*

Franch.

Franch.d.deciſ.63.ſub num.2. & aduertunt *deci-
ſiones coram Eminentiſsimo Matthæo.*

Nec eſt momenti, quod in illo actu primo
20 aditæ hæreditatis ſorores eam ſcindant: Tum
quia huiuſmodi diuiſio inutilis, & momenta-
nea ad commodum hæredis ſcripti non eſt
conſiderabilis ex prædictis, & probat *deciſio
R.P.D.mei Benincaſæ, §.huiuſmodi in fine;* Tum
quia vis non eſt in ſciſſione, ſed in emolumen-
to, & cuius fauore ſcindatur, vt ſuprà, §. *ratio,
& §§. ſeqq.* Scinditur enim hæreditas etiam
cum ab inteſtato, vigore Statuti ſuccedunt
ad excluſionem matris, & tamen per illam
ſciſſionem legitima non minuitur, *Mareſcott.
d.cap.10.num.13. Merlin.de legitim. d.tit.4. q.7.
num.19. Bellon.d.q.16.nu.174. Rota d.deciſ.421.
num.10.par.4.diuerſ. & d.deciſ.219. num.16. &
ſeqq.par.6. recent.* Scindebatur in illis *deciſioni-
bus 732. & 757. coram Duñoz.* In quibus fra-
ter iàm hæreditatem adiuerat, & tamen illa
diuiſio nihil profuit extraneo, nec nocuit ma-
tri. E conuerſo non ſcinditur hæreditas, quã-
do fratres ſunt legatarij, & tamen pro rata
emolumenti diminuunt hæreditatem, & con-
ſequutiuè legitimam, vt ſuprà, §. *nec ſolùm.*
Vndè manifeſtum eſt, vim non eſſe in ſciſſio-
ne, ſed in emolumento.

Quò verò ad Trebellianicam, quam reti-
21 nent, Domini admittebant ſorores pro hac
rata diminuere hęreditatem, pro ea verò par-
te, quam reſtituunt, coincidunt reſponſiones
ſupradictæ, & ſententia noſtri Tribunalis, quę
ad modum, & menſuram fauoris fratrum cõ-
ſtituit proportionem pro minuenda hæredi-
tate ad effectum calculãdæ legitimã, vt ſuprà.

Quinto non releuat, quod ſicuti DD. Soro-
22 res ad effectum detrahendi Trebellianicam
conſiderantur pro hæredibus in octo vncijs,
ità conſiderari debeant ad effectum minuendæ
legitimam; Diſparitas enim eſt manifeſta,
vbi namque agitur de detrahenda Trebellia-
nica, inſpicitur ſolùm grauamen, & onus, quia
Trebellianica eſt præmium reſtitutionis, *l. 1.
& toto tit. ff. ad Trebell.* ſed vbi agitur de mi-
nuenda legitima ſpectatur in fratribus fauor,
& emolumentum, vt toties dictum eſt; adeò q;
nil mirùm, ſi in primo caſu inſpecto grauami-
ne ſorores habentur pro hæredibus in octo
vncijs, & in ſecundo conſiderato emolumento
habeantur pro hæredibus ſolùm in duabus,
quia ratio, & mens legis vtrumque caſum ità
diuerſificat.

Sextò non obſtat argumentũ à ſimili, quod
23 nempè ſicut fideicommiſſum conditionale
iniunctum fratribus non facit, quin ſint veri
hæredes, & impleta æqualitas teſtati cum in-
teſtato ad effectum minuendi legitimam, licet
ex onere iniuncto minus commodi, & emolu-
menti conſequatur, quia grauamen iuxtà tẽ-
poris interuallum diminuit hæreditatis æſti-
mationem: Ità pariter idem dicendum in fi-
deicommiſſo puro, cum magis, & minùs non
varient ſpeciem, *l.fin.ff.de fund.inſtruct. l.legato
generalitèr, ff.de legat. 1.* Reſponſum enim fuit
adhùc non probati aſſumptum, quòd fratres
grauati fideicommiſſo conditionali, vel in
diem, ità diminuant legitimam, ſicut ſi eſſent
hæredes liberi, cùm *DD.* adducti allegati illud
non probent, vt ex lectura: Imò in ſimili gra-
uamen in vſufructu, quod eſt ſucceſſiuum, &
inducit conditionem ex die, *Bellon. cap.7.qu.
16.num.188.* fuit æſtimatum ad augendam le-
gitimam matris *in deciſ. 69. poſt Merl.n. & in
deciſ. 732. & 757. coram Duñoz.* Quapropter
argumentum, quod ducitur ab incerto, & in
iure adhuc non definito, non releuat, *l.licet, §.
in factum, ff. Nautæ Caupon.*

Sed quatenus propoſitio eſſet vera, adhùc
24 clara eſt diſparitas. Grauatus enim fideicõ-
miſſo conditionali interim eſt verus Domi-
nus, & habet effectum conſucceſſionis per re-
tentionem emolumenti, itàut non immeritò
poſſit dici adimpleta mens legis, ac verificata
ſimilitudo teſtati cum inteſtato, quæ in effe-
ctu vtriuſque aſſimilari complectur. E contrà
verò grauatus fideicõmiſſo puro, habet mo-
mentaneam ſucceſſionem in iure non atten-
dendam, cum non dicatur cœpiſſe, qui ſtatim
reſtituturus eſt, *l. qui concubinam 29. §. cum ità
ad 2.ff.de legat.3.l.2.§.illud tenendum, ff.de hæred.
vel action. vend. l. aliud eſt capere 71. ff.de verb.
ſignif.*

Septimò non obſtat abſurdum ponderatũ
25 in caſu inſtitutionis turpis perſonæ, quia ple-
nè tollitur *in deciſione R.P.D.mei Benincaſæ, §.
fruſtrà quoque,* ad quam Domini ſe habuerunt
relatiuè.

Octauò Cronologia legum antiquarum
26 circa ſucceſſiones, licet eruditè compoſita,
nihil tamen concludere videbatur: Cum enim
ſenſus Rotæ in præteritis deciſionibus, & in
præſenti fuerit, quod non debet diminui ſuc-
ceſſio aſcendentis fauore extranei, ſed ſolùm
fauore fratrum, vel ſororum defuncti, ad
quorum commodum ſolum reſpexerunt iura
nouiſſima Authenticorum: Si cum eis etiam
concordant iura vetera, tribuendo ſucceſſio-
nem fratribus ſimul cum aſcẽdente, eò magis
creſcit argumentum, quod attendi debeat fa-
uor fratrum, non autem extranei, pro quo
nulla militat lex, neque antiqua, neque mo-
derna.

Demùm ad Doctores, qui allegantur tan-
27 quam pu[illegible], Domini reſpondebant di-
ſtinguendo eos in tres Claſſes. Aliqui enim
dicebant, quod legitima diminuitur per verum
concurſum fratrum, ſcilicet *Bald.conſ.350.lib.
4.* vt probatum fuit in *deciſione Eminentiſs. Mat-
thæi ſub die 26. Martij 1685. §.cæterùm, Rota in
deciſ.4[illegible]1.par 4.* repetita poſt *Merlin. deciſ. 39.*
vbi mater erat excluſa a Statuto fauore fra-
tris [illegible] quam a legitima, & [illegible] *[illegible] diſ. [illegible] pt.
178.*

18.*num.*10. qui loquitur de fratre legatario, ... eum facere partem pro menſura emolumenti. Et illi non ſolum non aduerſantur, ſed comprobant reſolutiones Rotales.

Alij ſequuntur *Bartolum* contra *Butrigarium*,
28 vt ... *Rouit.dec.*22.*&* *Scipio Theod.alleg.*35. & ideò non ſunt attendendi, tanquam innixi in opinione communiter reprobata.

Alij demùm, qui videntur punctuales, nem-
29 pè *Tob. Non.conſ.*20. *Paſchal.de patr.poteſt.par.* 2.*cap.*4.*num.*45.*&* *Franch.deciſ.*63. non diſcutiunt materiam per ſua principia; Imò *Nonius* obitèr loquitur, & reprobatur à *Petr. de fideicomm. qu.*15.*ſub num.*75.*verſ. Sicque patet*, *Paſchal.* ſequitur ſimpliciter *Franch.* & demùm ipſe *Franch.in d.deciſ.*63. in prima parte ſequitur *Bart.* contra *Butrigarium*, & in ſecunda, in qua tãgit noſtrum articulum, reprobat theoricam *Baldi*, de qua ſuprà, ſine vlla ratione, ſolùm cum *Aretino*, eam appellans truffam, cum tamen ſit communis, & à Rota ſemper approbata; Itàut meritò ea deciſio tanquam non conſona doctrinæ, ac diligentię tanti Doctoris, non ſolùm fuerit ſæpius reiecta per Sacrũ Conſilium, vt teſtatur ibidem *Amend. in addit. num. vltimò*, *Ricc. num.*1. ſed imo ſuſpecta, vt notat *De Luca in addit.num.*3. *&* *Sperell. deciſ.* 34.*num.*32.*&* *Mart.de ſucceſſ.legal par.*1.*quæſt.* 25 *art.*2.*num.*22 qui ideo noluit eam compilare inter deciſiones Sacri Conſilij.

Quoad bona Ianuæ, Domini tranſierunt
30 cum præteritis deciſionibus.

Et ità vtraque &c.

Ad *num.*11. obſerua, quod licet quæſtio ſit,
31 ſi legitima filijs ſit relinquenda, titulo inſtitutionis, vel ſufficiat ſi pater dicat: *Lego filio pro ſua legitimâ tot.* Tamen communior opinio eſt, quod ſufficiat ſi leget pro ſua legitima, *Craſſ. in §. teſtamentum, q.*35. *num.*14. *Aſcan.Clement de patria poteſt.effect.*16. *num* 6. *&* *ſeqq Boer.deciſ.*267. *col.*2. *Card. Mantica de coniect.lib.*4.*tit.*3.*num.*22. *Peregrin.de fideicom.miſſ. art.*36.*num.*59. citati, ſed non ſequuti per *Merlin.de legit.lib.*5.*tit* 1.*q.*10. *num.*5. Et vera exiſtente hac opinione, quam impugnant plures relati per ipſum *Merlinum*, & per ipſummet ibi, *num.*1.*&* *ſeqq.*

Amplia etiam ſi legetur pro ſua falcidia,
32 nàm illa exponi poteſt pro legitima, & appellatione falcidiæ, alia quarta continetur, *Merlin.vbi ſupra, num.*7.*&* 8.

Amplia inſuper ſi legetur filio pro ſua par-
33 te, aut portione, *Craſſ.d §.teſtamentum, qu.*35. *num.*16.*&* *§.legitima, q.*22 *ſub num.*7. *Mantica de coniect.lib.*4.*tit.*3.*nu.*23. *Peregrin.de fideicom. miſſ art.*35.*num.*59.*in fine, &* *art* 36. *num.* 125. *verſ. Intellige*, *Merlin.ſuprà num.*9. vbi *nu.ſeqq.* ex mente aliorum, ampliat, ſi legetur pro ſua quota, filiæ pro ſua dote, ceſſante Statuto excluſiuo fœminarum, pro ſua benedictione, pro omni eo, & toto, quod prætendere poſſet, &c. pro ſuo peculio, ſi leget cum clauſula: *Et cætera.*

Obſeruatio ad Deciſionem XXIV.

SVMMARIVM.

1 *An in venditione ſubhaſta competat ius congrui?*
2 *An meliorationes factæ per emptorem pendente termino, ad retrahendum ſint ſoluendæ? & num.* 3.*&* 4.

AD *deciſ.* 24. *ad num.*47. obſeruationis noſtræ, obſerua, veriorem eſſe opinionem, quod etiam in venditione ſubhaſta compe-
1 tit ius congrui, vt fuit deciſum per S.C. ad relationem Conſiliarij Scipionis de Martino, in cauſa Stephani Donadio cum Honufrio della Torina, in Banca in venditione domus in Porta Sancti Georgij huius Ciuitatis, & habuit prælationem ... dictus della Torina, quamuis fuiſſet victus in licitatione, ex *Epiſc. Afflict. contron.*20. *num.*41. *&* *ſeqq.* contra dicta per *Reg. Sanfel. deciſ.*104. *Thor. in ſupplem verb.Prælatio*, & interrogatus D.Princeps Aticiæ de dicta *deciſ.* cuius ibi meminimus, dixit, talem deciſionem nunquam fuiſſe factam.

*Ad d.deciſ.*24.*ad num.* 7.37.*&* 38. obſerua,
2 quod meliorationes factæ per emptorem, pẽdente termino, ad retrahendum, etiam abſque citatione, non debent ſolui per retrahere volentem, *Gratian.diſcept.*957.*nu.*30.*&* *ſeqq.* poſt *Rot. Rom. coram Card. Mellino in Romana retractus* 28. *Aprilis* 1600. *Ioann. Baptiſta in Conſuetud. Burgund.tit.de retract.*§.481.& alios.

Et quatenus meliorationes deberent refici
3 per retrahentem id intelligitur de impenſis valdè neceſſarijs. *Boer.deciſ* 47. *num* 10. Itàut non ſufficiat illas eſſe vtiles tantum, cum debeant eſſe vtiles, & neceſſariæ copulatiuè *Carpan ad Conſtit. Mediol cap.*417. *num.*693. Et neceſſariæ dicuntur illæ, quando ſine illis res eſſet peritura, vel deterior futura, itàut neceſſitatem impendendi quis habeat, *Alex. conſil.* 162.*lib.*7. *Neguſant.de pignorib.par.*7.*membr.*3. *num.*14.*Carpan.ſup. cap.* 417. *num.* 689. Et eò magis non debent refici, quando excedunt pretium, ſeu valorem rei, quæ retrahitur, quo caſu tanquam factæ ad excludendum retrahentem, non habentur in cõſideratione, *Bald. conſ.*116.*col.*2.*lib.*1. *Tiraq.de retract. conuent.*§. 7.*gloſ.*4.*num.*5.

Nec requiritur denunciatio vicino, cum
4 tempus datum ad retrahendum habeatur pro denunciatione, & interpellatione. *Boer.d deciſ* 47.*num.*6. eo magis, quia emptor non denunciauit vicino, cum denunciare deberet ... tè *Gratian.d.c.*957.*nu.*38. *&* *ſeqq.* videndus *D. Muccij ad dec.*108. *Reg. Sanfel.*

Obſeruatio ad Deciſionem XXV.

AD *deciſ.* 25. adde videnda dicta per *Nos ad deciſ.* 2. *num.* 4. *in his addit.* Ad materiam ſpuriorum filiorum, vide, quæ diximus in *obſeruat. ad conſ. D. Authoris* 74. *lib.* 2. *& lib.* 3. *conſ.* 21. videndi *D. Luca ad Franch. deciſ.* 720. *Autun. de donat. Regijs, par.* 3. *cap.* 18. *Cyriac. controu.* 237. *Solorzan. de iure Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *c.* 17. *à num.* 2. *Hodiern ad Surd. deciſ.* 249. *Ciroc. diſcept.* 36. *à num.* 62.

Obſeruatio ad Deciſionem XXVI.

AD *deciſ.* 26. ad materiam, an hæres in vſufructu poſſit inſtrumentum ad formam ritui *M. C. V.* 166. liquidare? vide, quæ diximus in *obſeruat. ad conſ.* 46. *D. Authoris lib.* 1. *D. Hieron. Rocca Epiſcopi Iſelan. diſp. iur. ſelect. c.* 30. *lib.* 1.

Obſeruatio ad Deciſionem XXIX.

S V M M A R I V M.

1 *Creditor Titij emphyteutæ, an poſſit purgare moram Semproný ſui debitoris patientis deuolutionem?*

AD *deciſ.* 29. obſerua, creditorem Titij em-
phyteutæ Sempronij, qui Titius paſſus ſit
deuolutionem alicuius domus ob Cano-
1 nes non ſolutos, poſſe moram purgare, & ſol-
uere dictos cenſus decurſos, & recuperare
domum illam pro ſuo credito, etiam ſi poſſeſ-
ſio ſit capta per Dominum directum, vt deci-
ſum refert per S. C. anno 1587. *Dominus Reg.
Sanfel. deciſ.* 114. *D. Hodiern. ad Surd. deciſ.* 29.
num. 9. *&* 10. & id refert proceſſiſſe per reſti-
tutionem in integrum ex clauſula generali: *Si
qua mihi iuſta cauſa.* Quæ tamen reſtitutio da-
tur in ſubſidium, ſcilicet non exiſtente ſoluen-
do debitore, *Corbul. de iure emphyteut. ampl.* 29.
num. 15. Quamuis non eſſe dandam talem re-
ſtitutionem in caſu propoſito, ex quo vtile
dominium eſt conſolidatum cum directo, di-
cit *Canalc. deciſ.* 29. *num.* 31. *vol.* 2. *Maſtrill. deciſ.*
154. *Giurba deciſ.* 91. *num.* 7. *verſ. Cumque vera
hæc ſint, Fab. in C. lib.* 4. *tit.* 43. *de iure emphyteuti-
co defin.* 62. ſequitur hanc opinionem vltimam
D. Mucci ad Reg. Sanfel. d. dec. 114. *num.* 7.

Obſeruatio ad Deciſionem XXX.

S V M M A R I V M.

An in pariete communi poſſit fieri feneſtra? & quando paries dicatur communis? & num. 2. 3. 4. 5. *&* 6.

AD *deciſ.* 30. obſerua, quod in muro com-
muni feneſtra fieri ab vno non poteſt, alte-
ro inuito, *Thomat. deciſ.* 119. *num.* 8. *Leon.*
1 *deciſ. Valent.* 178. *num.* 4. *lib.* 2. *Paciechell. de di-
ſtant. cap.* 6. *membr.* 4. *num.* 32. Romæ ex Vrbis
Statut. cap. 107. *lib.* 2. *& Conſtit. Gregor. XIII.*
§. 2. permittitur vicino poſſe vti ad quæcũq;
vſum communi pariete ad ſigna, & tecta
vtriuſque domus ſubſtinenda deſtinato, ſolu-
ta ſuæ portionis æſtimatione, vt in voto Ca-
merali, ſeù Præſidis viarum impreſſ. inter *dec.*
257. *par.* 7. *recent. à num.* 73. *ad finem*, ſequitur
D. Card. de Luca de ſeruit. diſc. 14. *num.* 3.

Et ſi vicinus in pariete communi faciat fe-
2 neſtras, alter poteſt ſuper illo ædificare, & ſi
claudantur feneſtræ, *Capoll. de ſeruit. cap.* 62. *n.*
5. *Thomat. deciſ.* 119. *Surd. conſ.* 233. *num.* 15. *Ro-
ta Romana deciſ.* 450. *nu.* 1. *coram Durano.* Quod
permittitur nequaquam ſi ad vſum paries de-
ſtinatus nõ ſit, & ſi fuerit minùs aptus ad ædi-
ficium, *Surd. conſ.* 387. *num.* 4. *Sperell. deciſ.* 56.
num. 7. *& ſeqq.* Neque ſi omnino manſiones
obſcurentur, vt deciſum fuit *coram Durano
ibid num.* 3. ea ratione, quia domus cœca eua-
derer, ac prorſus inutilis, & ibi Dominus quo-
dammodò videretur inhumaniter ſepeliendus,
ex *Gratian. diſcept.* 896. *num.* 1. *& ſeqq.*

Quando paries dicatur communis, dici-
3 mus parietem dici illius, qui ſuper eo habet
fundatum tectum eius domus, *Hieron. Leo de-
ciſ.* 178. *num.* 7. *Theſaur. deciſ.* 119. *num.* 3. *Rota
Rom. deciſ.* 252. *num.* 3. *par.* 7. *recent.* eò magis ſi
paries ille habeat alios parietes annexos, *Mo-
nach. deciſ. Lucenſ.* 14. *num.* 31. maximè ſi ſint
coniuncti eadem magnitudine, altitudine, &
latitudine, ſeù craſſitudine, *Menoch. lib.* 6. *præ-
ſumpt.* 73. *num.* 10. *Gratian. cap.* 263. *num.* 6. *Leo
d. deciſ.* 178. *num.* 7. *Altograd. conſ.* 100. *num.* 17.
Ioſeph Altograd. contr. 4. *nu.* 25. *Paciechell. de di-
ſtant. cap.* 5. *num.* 8. Sic etiam ſi muri ſunt facti
eodem tempore, ex eadem materia, & recta
linea, *Gratian. d. cap.* 263. *num.* 2.

Probatur hoc etiam ſi in dicto pariete ſint
4 plures feneſtræ, quæ perforant totum parie-
tem, quod indicat muri proprietatem, *l. qui-
dam hyberus de ſeruit. vrban. præd. Menoch d. præ-
ſumpt.* 73. *num.* 6. *& conſ.* 1237. *nu.* 33. *Maſcard.
de probat. concluſ.* 1149. *num.* 6. *Tuſch. concluſ. lit.
M. concluſ.* 432. *num.* 5. *Leo d. deciſ.* 178. *num.* 5.
Gratian. d. cap. 263. *num.* 1. *Tondut. reſol.* 88. *nu.* 3.
par. 1. *in ciuilibus.*

Probatur, ſi ille paries habeat caminos, ca-
5 pas, & latrinas, *Altograd. d. conſ.* 100. *nu.* 2. *Pal-
ma conſult.* 104. *num.* 11. *Paciechel. d. c.* 5. *n.* [illegible]

Ex immiſſione tigni in pariete ex latere
6 vltrà dimidium, *Palma d. conſ.* 104. [illegible] *Leo
d. deciſ* 178. *num.* 6. *Tondut. d. reſol.* [illegible] *nu.* 5. *Pa-
ciechell. d. cap.* 5. *num.* 8. [illegible]

pin-

prittatem cognoſci oſtendunt, *l. olimpico*, *§. huius, ff. de ſeruit. vrban. præd. Anguiſ.conſ. 16. lib. 3. Theſaur. d.deciſ.num. 3. Menoch. d.conſil. 237.num. 34. Tondut.d.reſol.88. num. 5.* hæc & alia ponit *Tancredin.conſult.81. D.Card.de Luca de ſeruit. diſc. 2. Pegaſ. ad lib. 1. ordin. Regni Portugal.tom.6.tit.68.gloſ.33.ad §.35.num.3.& gloſ.39.ad §.36.& gloſ. 40. ad §. 37. Valenzuel. conſ.116. Tondut.qq.ciuil. d.c.88. Palma fil.conſult.140.per tot.*

Obſeruatio ad Deciſionem XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *An pactum, quod affrancatio pignoris non poſſit fieri infrà aliquod tempus, ſit validum?*

AD *deciſ.* 33. obſerua, an pactum, quod affrancari non poſſet cenſus antè annum, v.g. vel aliud tempus, ſicut eſt prohibitum
1 in cenſu, vt dicitur in hac deciſione, ſit prohibitum in pignore? Et *Card. Mantica de tacitis, & ambig.lib.8.tit.20.* tenet ſic.

Obſeruatio ad Deciſionem XXXIV.

AD *deciſ.* 34. adde videndum noſtrum *tract. de nullit. in rubr. 11. q. 36. num.*

Obſeruatio ad Deciſionem XXXV.

SVMMARIVM.

1 *An, & quando depoſitum factũ per debitorẽ cũ liberet à curſu tertiarũ? & n.2.& 3. vſq; ad 18.*

AD *deciſ.* 35. adde caſum, qui euenit dicto anno 1622. deciſum, vt ſequitur, factum tale eſt:

DIe 25. menſis Februarij 1622. Conſtantinus Chianeſe emit à Nicolao de Alterio annuos duc. 63. 3. 18. mediante apoca Banci Sancti Iacobi ducatorum 850. quam apocam confeſſus fuit in inſtrumento dictus Nicolaus, recepiſſe giratam, vinculatos dictos duc. 850. pro ſoluendis illis, Ectori Maglione ſuo creditori.

Dictus Nicolaus die 28. dicti menſis Februarij poſuit in ſui faciem dictam ſummam in dicto Banco: Die 2. menſis Martij ſequentis per *Prag. 13. de monet.* fuit prohibita moneta tùnc currens. Et quoad monetam repertam in Bancis tempore dictæ Pragmaticæ, fuit per Banna generalia ordinatum, quod à dictis Bancis ſolueretur moneta noua deducto tertio; Et quod reſtantes duo tertij ſoluerentur per particulares ſolutiones, nempè quinque pro ſingulis centum qualibet hebdomada. Quæ Banna generalia habentur enunciata in *Pragm. 18. de monetis in princ. verſ. Item*, & meminit *D. Author hìc num. 14.* & clariùs *deciſ. 33. num. 17. circà finem*, vbi habetur, quod vſus talis monetæ bancariæ fuit ablatus poſteà die 3. Auguſti 1623.

Et quia dictus Nicolaus noluit accipere à Banco prędicto reſtãtia duo tertia de moneta noua, quæ remanſerunt libera in eius faciem, & extinctum vinculum, ſicut dicit *D. Author hìc num. 15.* prætenderunt poſteà hæredes dicti Nicolai non teneri ad ſolutionem dictorũ annuorum duc. 63. 3. 18. Vndè fuerunt conuenti iure aſſiſtendi, reſciſſo contractu: & cõpilato proceſſu, per Curiam Paniſcoculi, fuerunt abſoluti conuenti, ſaluis iuribus actoribus quandocumque produxerint partitam Banci dictæ ſolutionis.

Cùm venerit cauſa ad S.R.C. & præſentata partita Banci, fuit factum decretum die 28. Februarij 1676. ad relationem D. Conſiliarij Scipionis de Martino, quod conuenti ſoluant tertias actori, aliàs prouidebitur ſuper reſciſſione contractus.

Aduerſus hoc decretum per partem aduerſam, fuit producta reſtitutio in integrum, ex quo in iudicio non erant auditi hęredes debitoris. Ideò actores inſteterunt pro tertijs tantùm. Et fuit factum decretũ die 3. Iulij 1677. eſſe deferendum, & viſa comparitione præſẽtata per actores, procedatur ad expeditionem cauſæ pro tertijs tantùm.

Verùm opponunt conuenti, dicendo, quod
1 per decretum generale latum per Regiam Iunctam in *Pragm. 18. de monetis*, eſt declaratũ, omnia depoſita facta poſt diem 15. Februarij 1622. ſtare in damnum facientium, exceptis depoſitis habitis, & acceptis, aut liberatis non contradicentibus creditoribus, & cùm dicta pecunia ſit data per Bancum poſt dictum diẽ 15. Februarij 1622. debet ideò ſtare in damnum dicti Conſtantini.

Sed reſpondetur per creditorem, pe-
2 cuniam datam in emptionem à Conſtantino, Nicolao, non fuiſſe aliter depoſitum, ſed ſolutionem factam in contractu emptionis annui introitus, & fuit depoſitum reſpectu dicti Nicolai, & ſui creditoris, cui ſoluenda erat talis pecunia, vt dicit *D. Author hìc, nu. 2. verſ. Hinc factum eſt.*

Ad quod motiuũ replicabãt Partes cõuen-
3 tæ, quod dictum decretum generale nil aliud fecit, quam declarare à quo tempore intelligebatur antecedenter reprobata illa moneta tùnc currens. Et cum illam declarauerit à die 15. Februarij in anteà, quo tempore fuit data pecunia cum girata fidei crediti, debeat ideò ſtare damno girantis, non giratarij.

Sed reſpondet actor hoc non eſſe verùm,
4 nàm moneta fuit reprobata à *Pragm.* lata die 2. Martij 1622. quæ in primo capite ſtatuit, dictam monetam non potuiſſe expendi à die publicationis, & ſic non reprobauit tempore antecedenti, imò tacitè approbauit. Et decretum generale illud, loquutum fuit ſolùm de depoſitis illis, quæ à debitoribus girantur ſoluenda eorum creditoribus contradicentibus, & non acceptantibus, *Neguſant. de pignor.*

2.p.3.*membr.5.p.principal.nu.12. Guttier.pract. lib.2.q.160 num.5. Cancer.var.lib.3.cap.8.num. 17.Paz conſ.30. num.* 2. diximus ad *D. Authorem deciſ.13.num.12.*

Ratio eſt, nàm depoſita facta poſt 15.diem
5 Februarij acceptata à creditoribus, ſunt excepta à dicto decreto generali. Vndè quando dicunt Partes, quod pecunia girata per Conſtantinum, Nicolao, debet ſtare in damnum ipſius girantis, non dicit benè, quia dicta pecunia non ſolùm fuit girata, ſed acceptata à Nicolao recipiendo fidem crediti in ſuis manibus, vt dicitur expreſsè in inſtrumento, & poſteà in Banco poſuit illam pecuniam in ſui faciem. Nec ei iuuat dicere, quod non conſtat inteſtationem fuiſſe factam à dicto Nicolao, ex quo licet reperiatur inteſtata, ratis inteſtatio non fuit facta præcedente firma ſuæ manus, facta in calce fidei crediti,& giratæ à dicto Conſtantino.

Quia ad hoc reſpondetur per actores, quod
6 ex quo ipſe recepit in ſuis manibus dictam fidem crediti, debet neceſſariò credi ex ſua voluntate fuiſſe ſibimet inteſtatam, tantò magis, quod eò tempore tales fides crediti giratæ, etiam ex cauſa venditionis annui introitus, non firmabantur manu debitoris, dùm in eius faciem pecunia ponebatur, & fuit allatum exemplum eiuſdem diei, per idē Bancū.

Dicunt vlteriùs dicti conuenti, quod
7 cum dictum decretum generale declarauerit illegitima depoſita facta poſt 15. diem Febr. hoc fuit ex eo, quia moneta erat diminuta, & æroſa; Et quia hæc ratio militat etiam in ſolutionibus factis ex cauſa emptionis annui introitus, ideò debet eſſe eadem diſpoſitio iuris.

Reſpondet ad hoc actor, inter vnum, &
8 alium caſum, adeſſe magnā differentiam, nàm in depoſitis non acceptatis à creditore, non tranſiuit dominium pecuniæ depoſitæ in ſui perſonam, & ideò non debet ſtare damno ipſius, ſed in emptionibus annuorum introituum tranſiuit dominium pecuniæ in ſui perſonam, & ſic debet ſtare ſui periculo.

Dicunt prætereà dicti conuenti, quod in
9 tali emptione annuorum introituum requirebatur pretium effectiuum, vigore *Bullarum*, & quia dicta moneta, tanquam diminuta non habebat effectiuum valorem, ideò talis contractus ſubſtineri non potuit.

Reſpondet etiam actor, quod dicta mo-
10 neta quamuis diminuta tùnc temporis habebat effectiuum valorem vſque quo fuit reprobata per *dictam Pragmat. 18. de monetis*. Ideò omnes emptiones factæ antè dictum tempus, quamuis de pecunia diminuta, fuerunt habitę validæ; Sicut etiam omnes emptiones, quæ fiunt hodiè de pecunia diminuta ſunt validæ.

Dicit prætereà dictus actor, caſum
11 hunc deciſum eſſe in terminis per *D. Authorem hic*. Sed conuenti dicunt, *D. Authorem* loqui de contractibus factis antè diem 15. Februarij, & ſic non poſſe applicari caſui præſentem, quo depoſitum eſt factum poſt dictum diem. Sed reſpondet actor, quod *D. Author hic in princip.* poſt relata verba dicti decreti generalis, diſcutit expreſsè circa dictos contractus factos antè diem 2. menſis Martij, vt in *num.2. verſ. Hinc factum eſt*. Nàm reſpectu contractuū factorum antè diem 15. Februarij non poterat naſci aliqua difficultas. Ideò reſpectu emptoris, & venditoris annuorum introituum, non intrabat difficultas, ſi contractus erat factus antè, vel poſt diem 15. Februarij, ſed ſolū erat quæſtio, ſi dominium pecuniæ erat tranſlatum ad venditorem antè diem 2. menſis Martij 1622. vt periculum mutationis monetæ ſuperueniens die 2. menſis Martij, ſpectaret ad Dominum pecunię, ex *D. Authore hic, & deciſ.33.num.18. & 19.* qui in terminis ſepties deciſum refert, etiam iunctis Aulis ad fauorē annuorum introituum, & ibi *Nos in addit. & Capyc. Latr. deciſ.17.num.13.* referunt deciſum in cauſa Principis Tarſiæ, quamuis ſcripſiſſet contrarium *Reg. Galeot. controuerſ.10. lib.2.* Et quamuis *Reg. Capyc. Latro conſult.139.* ſcripſerit in caſu reclamationis contrà, cum eſſet Aduocatus in eadem cauſa Scipionis, & Antonij Veſpuli, in qua *D. Author* compilauit *deciſionem hanc*. Tamen idem *R. Capyc. Latr.* creatus Cōſiliarius in alijs cauſis iudicauit idem, quod hic fuit deciſum, quamuis ipſe in *conſultationibus* contrarium ſcripſiſſet, vt teſtatur idem *D. Reg. Capyc. Latro deciſ.17. num.2.*

Et reſpectu prædicti vinculi, quod de-
12 beret ſolui pretium annui introitus creditori venditoris illius, dicitur in illis *deciſionibus*, quod non vitiauit contractum, ſed remanſit vitiatum vinculum, cum fit effectum impoſſibile adimplementum per *Pragmaticam* ſuperuenientem, quæ mutauit dictam monetam, vt in hac *deciſ.35. D. Authoris, num.15.*

Et quoad aliquod damnum, quod
13 dicti venditores annuorum introituum ſenſiſſent in recipiendo dictam monetam, dicit dictus *D. Author d. deciſ.33. nu.18. & 19.* quod de quantitatibus per eos debitis, & ſoluendis in moneta noua, deduceretur quinta pars reſpectu capitalis, & reſpectu tertiarum, ſi reſtans pretium, deducto quinto, caperet integram quantitatem annuorum introituum venditorum, facto computo vſque ad ſummā ducatorum decem pro centum, iuxtà formā *Bullarum*, deberet continuari ſolutio ad eandem rationem, non obſtante, quod venditio eſſet facta ad maiorem rationem, putà ſeptē, octo, vel nouem pro centum, ſecùs ſi reſtans pretium excederet illam ratam, nàm tùnc eſſet reducenda ad eandem decimæ.

Sic dicebatur, deducendo à dictis du-
14 catis 850. quinta pars, aſcendens ad duc. 170.

ce-

remanet capitale in ducatis 680. qui ad ra-
tionem duc.decem pro centum paterent ma-
iorem ſummam dictorum annuorum ducat.
63.3.15.venditorum pro dictis ducat. 850. &
ideo debentur dictæ tertiæ ad eandem ratio-
nem dictorum annuorum duc.63. 3. 15.

Ex his omnibus fuit per ſententiam
15 S.C.latam de menſe Nouembris 1686. ad re-
lationem Regij Conſiliarij Ianuarij de An-
drea, præſtita aſſiſtentia pro tertijs ſuper bo-
nis in iudicio deductis. Aduerſus quam ſen-
tentiam pendet diſcuſſio nullitatum propo-
ſitarum. In Banca de Alexio.

*Ad d. deciſ.*35. adde videndum *D. Staib. re-
ſolut.* 17. *lib.*1. vbi diſputat, an inſtrumentum
poſſit liquidari, non obſtante depoſito fa-
16 cto per debitorem, ſi non fuerint depoſitatæ
integræ tertiæ, & pecunia, ſeù merces ſoluen-
da Notario pro retrouenditione, & quieta-
tione? & reſoluit,poſſe,ea ratione, quia facto
depoſito non integro, tertiæ currunt, *l. propè,
§.pen.ff.de pignor.cum concordantib. Peregr. conſ.*
99.*lib.*1.*Gratian.diſcept.*8. *num.*32. *Giurba dec.*
87.*num.*25.

Et ſportulæ Notario pro retrouenditione,
17 & quietatione ſunt ſoluendæ à debitore, vt
deciſum refert per S.C. *Thor. in Compend. dec.
verb. Expenſæ, ſeù ſportula, & verſ. Intereſſe
conuentum,tom.*1.

Depoſitum conditionale non debet reci-
18 pi,*Caſtill.deciſ.*115.*num.*5. *lib.*1. Et eſt condi-
tionale quando in illo dicitur, quod retro-
uenditio facienda per creditorem ſit notanda
in margine contractus ſtipulati per Notariū
ſiſtentem in terra diſtanti à loco depoſiti, &
ſic neceſsè eſt creditori accedere ad dictam
terram cum eius expenſis, maximè ſi non ſint
depoſitatæ pecuniæ pro facienda retrouendi-
tione. Et ſic cum ſit appoſita talis conditio,
quàm creditor adimplere non tenetur, depo-
ſitum eſt nullum, nec poteſt impedire curſum
tertiarum, quia purè fieri debet, *Rot. Genuæ
deciſ.*144.*num.*15.*Giurba deciſ.*87. *num.*1. & 2.
*Caſtill.deciſ.*115. *num.*5. & *ſeq.* imò dubitatur,
an ſit conditionale depoſitum, in quo appo-
nitur pactum,quod pecunia non ſoluatur, ni-
ſi facto actu retrouenditionis, *Giurb.deciſ.*98.
*num.*7.& 8.*Caſtill.d.deciſ.*115.*num.*8.& 9.

Obſeruatio ad Deciſionem XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Caſus deciſus ad explicationem deciſionis.*

AD *deciſ.*36.obſerua,quod cum fuerit inqui-
ſitus Carolus Riccius Officialis Banci
Montis Pietatis huius Ciuitatis, quod te-
1 ſtificaretur in aliquibus apocis,notaſſe quan-
titatem contentam in dictis apocis, in fide
crediti, cum re vera non notaſſet, fuit diſcep-
tatum in Iuncta formata ordine S.E. an dictū
delictum eſſet omiſſionis, vel commiſſionis,
quamuis commiſſum intuitu officij. Et Ad-
uocatus rei dicebat eſſe omiſſionis, & allega-
bat *hanc deciſionem*, vbi rei non fuerunt puniti
pœna corporis afflictiua. Tamen fuit deciſū
contrarium, & ſic, vt dictus Carolus torque-
retur ex initijs exiſtentibus; & tortus non fuit
confeſſus. Apud Iulium Valente Act. Mag.

Obſeruatio ad Deciſionem XXXVII.

AD *deciſ.* 37. vide nos *in addit. ad conſil.*3. *D.
Authoris, lib.* 1. vbi egimus latè de mate-
ria reſtitutionis ex gratia,& iuſtitia.

Obſeruatio ad Deciſionem XLII.

AD *deciſ.*42. vide, quæ diximus latè in *obſer-
uat.ad conſil.*1. *lib.*2.*D.Authoris.*

Obſeruatio ad Deciſionem XLIII.

AD *deciſ.* 43. Quod vbi quis petijt diù poſt mortem debitoris, aliquid, contra ſuos hæredes malè inſtructos, quod tamen non petijt per multum temporis ſpatium, in vita debitoris, non ſolùm cenſetur fouere malam cauſam, *Staiban.reſol.*34.*num.*24. Sed etiam quod contrà eum oritur vehemens ſuſpictio falſitatis, poſt *Gloſ. Pariſienſ. Puteum, & plures Rotæ deciſiones*, ſignanter *Zacchiam de obligat.Camer.deciſ.*59.*num.*5. *Merlin.deciſ.*325.*nu.*23. *Paul. Rub. in prælud. ſuarum reſol. practicab. num.*244.

Obſeruatio ad Deciſionem XLIV.

1 *An, & quando Clericus pro re habita à manibus
Iudicis laici, pro dicta re, poſſit conueniri coram
eodem Iudice? & n.*2.3.& 4.

AD *deciſ.*44.vide *D.Card.de Luca in tract. de
iuriſd. & foro compet. diſcurſ.* 58. vbi qua-
tuor caſus diſtinguit. Primū,cum Clericus
1 ex aliquo iudicio poſſeſſorio adipiſcendæ,
ſeù ex alio remedio poſſeſſionem à Iudice lai-
co obtinuit abſque aliqua reſeruatione, vel
conditione ad bona vacantia, ſeù etiam ad
plena, quorum poſſeſſor non appellando ac-
quieuerit, itàut illud iudicium iam termina-
tum ſit; ſi deindè alter intereſſatus, credens
habere meliora iura ſuper eiſdem bonis nouū
iudicium auocatorium inſtituat, coram ſuo
Iudice Eccleſiaſtico eſt inſtituendum iudiciū
auocationis, ea ratione, quia primum illud

iu-

iudicium erat finitum, *D. Author hîc.*

Secundum, vbi Clericus à Iudice laico immiſſus eſt in poſſeſſionem non purè, & ſimpli-
2 tèr, ſed cum clauſulis præſeruatiuis iuris alterius, putà: *Sine præiudicio habentium meliora, & potiora iura, &c.* & pariter non veniat ipſe principalis poſſeſſor, contra quem eſt data immiſſio, ſed vel eo acquieſcente, vel quia poſſeſſio eſſet vacua poſt conſumatam exequutionem, veniat tertius, & tunc ſecundū communiorem opinionem Iudex laicus remanet competens. *Paz de tenuta, cap. 64. nu. 13. Larrea deciſ. 6. Reg. Capyc. Latro deciſ. 123. nu. 8. Salgad. in labyr. credit. par. 2. cap. 6. n. 51. & ſeqq.*

Tertium, vbi ſubhaſtata domo Titij ad in-
3 ſtantiam Sempronij creditoris, tanquam vltimo licitatori remanſit Caio Clerico. Et capta per ipſum poſſeſſione, comparuit dictus Titius Dominus, & appellauit, & obtinuit à Iudice ſecundæ inſtantiæ manutentionem, ratione nullitatis, vel notoriæ iniuſtitiæ dictæ exequutionis, & reſpectiuè ſubhaſtationis; Sed ſe opponente Caio poſſeſſore ex defectu iuriſdictionis dicti Iudicis ſecundæ inſtantiæ ſecularis, cum iſto tanquam Clerico, pro dicto Titio, ſtant iura, ea ratione, quia illud iudicium primum per appellationem, aut nullitatem non eſt finitum. Poſt *D. Author hîc, Carleual. de iudic. diſp. 2. num. 447. & ſeqq.*

Quartum, vbi Clericus ob ſucceſſionem
4 alicuius ſibi delatam, præambulum obtinuit illius hæreditatis, coram Iudice laico, fecit inuentarium, & cœpit bonorum hæreditariorū poſſeſſionem, cum clauſula: *Saluo iure cuiuslibet.* Si deindè compareat legatarius, an poſſit conueniri coram Iudice illo laico? Et dicit *D. Luca num. 6. & ſeqq.* non, ſed eſſe conueniendum coram ſuo Iudice Eccleſiaſtico competente. Sed ſecundùm *D. Authorem hîc,* & ibi: *Noſtra obſeruata,* eſſet tenendum contrarium.

Obſeruatio ad Deciſionem XLV.

SVMMARIVM.

1 *Creditor habens obligata bona libera, & ſubiecta fideicommiſſo, ſuper quibus debeat ſatisfieri? & num. 2.*

AD *deciſ. 45. num. 3.* ad materiam *tex. in L. creditoris arbitrio, ff. de diſtract. pignor.* videndus *D. Cardin. de Luca in tract. de credito, diſcurſ.*

Et ad hanc materiam eſt ſciendum, quod ſi
1 quis habeat obligata bona ſubiecta fideicōmiſſo, & bona libera, poteſt ſatisfieri ſuper quibuslibet bonis ad ſui arbitrium, non obſtante contradictione creditorem habentium obligata tantùm bona libera, ad *tex. in d. leg. creditoris arbitrio,* vt latè probat *Cyriac. controuerſ. 318.* expreſsè contra *Molin. lib. 4. de primogen. cap. 7. à num. 17.* contrarium tenentem *Noguerol. alleg. 4. num. 27.* præcipuè *num. 39.* vbi tradit ſic tenentem *Caſtill. lib. 4. controu. 26. nu. 29. ac ſeqq. Leon. deciſ. 176. per tot.* Et licet opinionem *Molinæ* teneant *Reg. de Marin. lib. 2. reſol. cap. 16. à nu. 14. Ancll. de Amat. conſ. 95. Hodiern. ad Surd. deciſ. 43. num. 1.* Illis tamen reſpōdet *Salgad. in labyr. credit. par. 2. cap. 5. D. Ioſeph Maldonat. & Pard. in addit. ad Molin. loc. cit.*

Verùm mihi ſemper placuit opinio diſtin-
2 guens, aut creditor ille habet obligata principaliter bona ſubiecta fideicommiſſo, & libera, & tunc eſt in ſui arbitrium, ſatisfieri ſuper bonis, quæ voluerit, & procedit opinio contra *Molinam.* Aut habet obligata bona ſubiecta fideicommiſſo, in ſubſidium bonorum liberorum, vt eſt creditor pro dote, ex *Auth. res quæ, C. commun. de legatis,* & tunc eſt vera opinio *Molinæ, & cæterorum ſuprà relatorum,* & dicit etiam *Franch. deciſ. 519.*

Obſeruatio ad Deciſionem XLVI.

SVMMARIVM.

1 *Quarta debita coniugi pauperi, an poſſit excedere centum libras auri, & libra auri quanta ſit? vbi alia de quarta, & à num. 2. ad finem.*

AD *deciſ. 46.* vide *Mangil. de imput. q. 137. & ſeqq.* vbi totam materiam quartæ debitæ coniugi pauperi in bonis coniugis diuitis, explicat.

Obſerua, an quarta debita vxori pauperi in bonis viri diuitis, poſſit excedere, vel nè centum libras auri, & libra auri quanta ſit. Libet inſerere hic *Allegationem* per me factam in caſu contingenti, & deciſio S. C. in dicto caſu prò tacta, quæ talis eſt:

Annis elapſis fuit cōtractū matrimoniū inter Mariā Mareſca, & Nardū Andr. Mareſca, cuius cōtemplatione nulla dos fuit promiſſa, aut ſoluta. Ex dictis cōiugibus nati fuerūt ſex filij, & diſſolutum fuit tale matrimonium per mortem dicti viri; Bene verum eſt in vltimis conſtitutum dictum virum legaſſe in eius teſtamento dictæ Mariæ vxori, victum, veſtitum, & habitationem, in ampla forma.

Stante paupertate dictæ Mariæ vxoris, &
1 diuitijs dicti eius viri aſcendentibus ad ducatos octuaginta mille, & plus, inſtetit dicta Maria condemnari eius filios, & hæredes dicti eius viri, ad ſibi ſoluēdam quartam vxoriam, ex *tex. in Auth. præterea, C. vndè vir, & vxor.* petijt ſimiliter ſuas gēmas, & veſtes ei donatas, & factas per dictum eius virum, tempore matrimonij contracti, aſcendentes ad ducat. 500. Compilato proceſſu, fuit latè diſputatum ſi debebatur dicta quarta vxoria, non quia dubi-

bitatur de paupertate Mariæ,ſed quia dicta quarta fuit ſtatura ab Imperatoribus ob paupertatem coniugis, nè illa cogeretur mendicare in dedecus præteriti matrimonij, igitur ſi Maria habebat vndè viueret ex legato et facto per virum,aliam quartam habere non debebat. *Soccin conſ.121.num.38. Roland. à Valle conſ.14 num.26. Cephal.conſ. 244. num. 11.& 20 lib.2. Marta voto 21.num.17. Mangil.q.137.*

Secundo,fuit diſputatum quoad gemmas,
2 & veſtes pretioſas, quæ non debebant reſtitui ab hæredibus viri, quia illæ non cenſebantur donatæ, ex quo erant magni valoris reſpectu ipſorum coniugum, eò magis quia dicta Maria nullam dotem dedit,ad tradita per *Reg.de Marinis,lib.2.cap.61.num.17. Episc.Maranta diſp.12.lib.1. Zacchia deciſ.91. poſt tract. medico legal.tom.2.*

Tertiò,fuit diſputatum, ſi dicta quarta po-
3 terat excedere centum libras auri, & libra auri quanta ſit?

Nàm quod non poſſit excedere centum li-
4 bras auri,dicunt ex tex.*in l.fin.C.de repud. Franchis deciſ.318.nu.3. P. Molfeſ.ad Conſuet.Neap. tit.2. par. 7 de iure quartæ,q.1.in addit. Gratian. diſcept.120. num.8. Valaſc.de privil pauper.p.2. q.56. num 79. Marta voto 12. Gall. de except.p. 1.except.5.num.3. Mangil.de imput.q.199.*

Et libra ſecundum multorum opinionem,
5 conſtabat ducatis ſepruaginta duobus,ex *leg. quoties,C.de ſuſcept.& Anchar. lib.10. Afflict.in Conſtit. Pœnam nouem vnciarum, Franch. deciſ. 318.num.4. P.Molfeſ.ſup. num.1. Scacc.de commerc.§.2.gloſ.3.q.1.nu.38. Valaſc.d.q.56.n.79.*

Alij dicunt hodiè libram auri valere cen-
6 tum aureis, *Theſ. de augum. monetæ, p.1.n.18.* per S.C.deciſum refert *Thor.in Compend.verb. Quarta, tom.2. Card.de Lugo de iuſtit & iure, diſp.23. ſect.10. num.149. Diana par.6 tract 6. reſol.46.*

In contrarium tamen fuit deciſum per
7 S.R.C.anno 1684.ad relationem D.Conſiliar. D.Franciſci Galcon, in Banca . apud Scribam Mandarano, vt quarta vxoria deberetur dictæ Mariæ,non obſtante dicto legato alimentorum,vigore *d. Auth.præterea, Cod. vndè vir,& vxor* vbi habetur, legatum factū à viro vxori, imputari in quartam, & dicunt præterea hoc *Valaſc. de privil. pauper.par.2.qu. 56.num.48.& 49.Gratian.diſcept.120. num.39. Mangil.de imput. q. 176. Luca ad Franchis deciſ. 410.* Et ſic dictum legatum alimentorum eſſe imputandum in quartam, & quartam deberi, quamuis vir leget alimenta, & quod vxor nil aliud petere poſſit, *Colleg. Patauin.apud Stayn. num.30. conſ.5. Gratian. num.59. Luca ibid. Valaſc.d.q.56.num 48 Surd de alim.tit.9.qu.35.nu. 19.& per tot Stat. Pacific. deciſ.174.num.28. & ſeqq.poſt tract. de Salu. Fontanell. de pactis,tom. 2.clauſ.5.gloſ.8.par.9.num.25.*

Fuit etiam deciſum eſſe reſtituenda dictæ
8 Mariæ veſtes ſponſalitias, & anulum ſponſalitium,ex dictis per *Reg. de Marin.ſup.cit.n.*

Fuit etiam deciſum,quartam vxoriam poſ-
9 ſe excedere centum libras auri, & fuit liquidata in duc.8000. & plus, ea ratione, quia tex. *in d. l. fin.* loquitur, quando vxor, ſine ſua culpa eſt repudiata à viro, vt tunc ei debeatur quarta, quæ non poteſt excedere centū libras, at in caſu noſtro nil ſtatutum habemus in *d. Auth. præterea, Bologn. ad Matthesil.in tract.de ſucceſſ.ab inteſt. 1.art.principal. num.10. & ſeqq. Angel.in §.ſi verò. Auth. vt liceat matri, & auiæ, Donad.de renunciat.cap.35. à num.112.*

Quoad libræ auri valorem,non fuit deciſus
10 articulus, quia non opus fuit illum decidere in dicta cauſa. Quamuis ex dictis authoritatibus fuerit habitus difficilis. Et alij ageotes de inſinuatione donationis excedentis aureos 500. voluere non indigere inſinuatione donationem excedentem mille aureos, *Gratian.diſcept.51.num.14. Ognat.de contract.tom.2. diſp.30.num.123.*

Obſerua, quod legitima non detrahitur
11 ante detractionem quartæ, *Franch. deciſ. 318. num.3. Barry lib.4. num.33. lib.18.* Licet aliter dicat,& benè,in ære alieno, *Fontanell. de pactis nuptial.gloſ. .par.12. num.66.* vbi deciſum refert.

Si maritus donaſſet bona ſua, vxor non ha-
12 ber ſuper illis quartam, niſi ſit donatio in fraudem, *Fontanell.gloſ.7.par.9. num.41. Randenſ.conſ.40.num 20.lib.2. Georg.alleg.22.num. 26.Mangil.de imput.quaſt.144. Medices conſ.38.* quidquid contra dicat *Dilect. de arte teſt.tit.6. caut.20.Capriol.de ſucceſſ lib.4.num.42.Barry d. lib.18. tit.4. num.11. Tuſch.conclus. 401. verb. Vxori.num.65.*

An feuda ſubiaceant quartæ, quod non,
13 *Franch d.deciſ.318.num.2.Gratian.diſcept.120. num.9.Barry d.tit.4. num.4. Marta de ſucceſſ. p. 3.q.12.art.5.num.3.* vbi deciſum refert. Sciens in æſtimatione feudi,diximus hìc *nu.27. Mangil.q.174.num.10.& ſeqq.* quamuis contra dicant *Marta ſup. num.331. Bambacar. in reſp.impreſſo in cap.1.ſi de feud.defunct. mil.* vbi bis deciſum refert.

Obſeruatio ad Deciſionem LI.

AD deciſ.51.vide *Reg.Marcian. diſp.1.& ſeqq. lib.1.*

Obſeruatio ad Deciſionem LII.

SVMMARIVM.

1 *Adiuncti dati ad dirimendam paritatem votorum, dirempta paritate, non poſſunt ampliùs interuenire,vbi deciſio.*

2 *An*

2 *An publicetur paritas ſecundum votum adiunctorum in caſu propoſito?*

AD *deciſ.* 52. quoad concluſionem quod adiuncti dati ad dirimendam paritatem votorum, illa dirempta, non poſſunt inte-
1 reſſe in dicta cauſa, etiam ſi tractetur de iſtius decreti reclamatione, vel nullitate. Obſerua, ità etiam fuiſſe obſeruatum in cauſa inquiſitionis Caroli Ricij Officialis Banci Sacri Montis Pietatis Ciuit. Neap. cum Gubernatoribus Banci Sanct. SS. Saluatoris, nam facta paritate per quatuor Miniſtros, datis tribus adiunctis, & dirempta paritate contra dictũ Carolum, & deciſum, quod torqueatur, propoſitis per illum nullitatibus aduerſus dictũ decretum, cum fateretur, illos adiunctos non poſſe interuenire in cognitione dictarum nullitatum, fuit obtemptum per S.E. quod interueniat in dicta cauſa vnus ex dictis tribus adiunctis. Apud Actuar. Iulium Valente.

Obſerua ad hanc deciſionem, quod ſi in
2 aliqua cauſa fiat paritas votorum, nam quatuor Iudices condemnant ad triremes inquiſitum, quatuor ad mortem, dantur tres adiũcti, hi tres adiuncti liberant reum in forma, cum non teneantur adhærere vni ex votis ipſorum iudicantium, vt diximus nos hic, *n.* 12. publicatur votum ſecundum ſententias dictorum trium adiunctorum, quamuis ſint minores in numero, vt fuit deciſum per Collater. Conſil. in cauſa D.N. de Ardia.

Obſeruatio ad Deciſionem LIII.

SVMMARIVM.

1 *Quando admittatur purgatio moræ? vbi deciſio Sacr. Conſ.*

AD *deciſ.* 53. obſerua, quod promittens principalis ratificationem contractus facti per Procuratorem, per totum annum 1688.
1 aliàs ipſe ſit obligatus de proprio. Si contractus ille ſit ratificatus per dictum principalẽ non dicto anno 1688. ſed anno 1694. ad nihilum tenetur dictus promittens, cum detur hoc caſu purgatio moræ, cum non ſit factum detrerius ius creditoris, ad *deciſ.* 30. *Reg. Capy. Latro.* Replicatur, moram non poſſe purgari, ex quo purgationi moræ fuit renunciatum, ex *Reg. de Marinis lib.* 1. *cap.* 133. tantò magis, quod mora non purgatur quoties per purgationem moræ ſit deterius ius creditoris. Sed his non obſtantibus fuit deciſum per S.C. potuiſſe purgari dictam moram, & cum fuiſſent propoſitæ nullitatis aduerſus dictum decretum, fuit idem deciſum per idem S.C. iunctis Aulis die 16. menſis Octobris 1674. referente D. Conſil. Scipione de Martino, in cauſa Ill. Principis Roccæ Aſpidis cum ſororibus de Palo.

Obſeruatio ad Deciſionem LVIII.

SVMMARIVM.

1 *Legatarius pro dote, vel pro ſtudio præferatur?*

AD *deciſ.* 57. *ad num.* 22. obſerua, quod concurrente legatario pro dote, & legatario pro ſtudio, præfertur ille pro dote, hæredi-
1 tate non exiſtente ſoluendo pro ambobus, vt fuit deciſum per S.C. anno 1666. die 23. Martij, & confirmatum in gradu reclamationis, referente D. Conſ. Franciſco Rocco, in cauſa legatariorum Antonij de Saluia, cum Gubernatoribus SS. Annunciatæ Neap. in Banca de Fulco, vt refert *D. Conſil. Petra ſup. rit.* 272. *nu.* 62. *tom.* 3. Et cum inſtetiſſent dicti legatarij pro ſtudio, declarari, ſaltim debere ipſos concurrere cum legatarijs pro dote, fuit deciſum per idem S. C. de menſe Februarij 1679. relatore ipſo D. Petra, quod præferantur in concurſu fœminæ conſanguineæ pro maritagijs, ſtudentibus conſanguineis, affines, affinibus, ſalua prouiſione facienda concurrentibus fęminis affinibus cum ſtudentibus conſanguineis; pro qua partes informent, *D. Petra ibid.* vbi confirmatum decretum, dicit, die 20. Maij 1679. in gradu reſtitutionis in integrum, non obſtante, quod vnus ex Dominis votantibus teneret, debere concurrere omnes æqualiter, ex priuilegiis ſtudij æqualibus doti. Et ibi *nu.* 63. affert, poſt *D. Staiban. in addit. ad reſol.* 92. *ex num.* 105. *lib.* 1. in concurſu legati Scholaribus, ſeu ſtudentibus, & Doctoribus facti, præferri ſtudentes abſque vlla diminutione, ac quoad 2
prædicta, & cætera Scholarium priuilegia, videndus *Cæſar Nicolaus Piſanus ad Goffredum de Gaeta ſuper Ritibus R.C.S. rubr.* 3. *de ſundico flagelli à num.* 158. *vſque ad finem.*

Obſeruatio ad Deciſionem LIX.

SVMMARIVM.

1 *Quando quis de incendio teneatur, vel non? & à num.* 2. *ad num.* 5.

AD *deciſ.* 59. vbi habetur materia incendij, quid dicendum in caſu propoſito? Iacobus delle Chiaui conduxerat annis elapſis à Dom. Gubernatoribus Hoſpitalis Incurabilium huius Ciuitatis, ius recitandi Comedias, & Theatrum Sancti Bartholomæi: accidit, quod cum vna nocte de anno 1678. in dicto Theatro tempore hiemali quędam Comedia recitaretur, illa finita, remanſit quoddam vas creteum cum cinere, & pauco igne, quod deſeruiuit ad calefaciendum auditores in quodam Palchetto exiſtentes, ignis ille eadem nocte irruit in legnamina, quibus erat compo-

po-

poſitus locus ille, & aucto igne totum Thea-
trum flammis fuit deuaſtatum, cum magno
damno dicti Hoſpitalis, fuit lis apud D. Præ-
ſidentem S. C. D. Fœlicem Vlloa, y Lanzina
Delegatum dicti Hoſpitalis, inter illud, & di-
ctum Iacobũ delle Chiani, cuius damno, dã-
num illud paſſum cedere deberet? Dicebat
dictum Hoſpitale debere cedere damno dicti
Iacobi, ea ratione, quia tale incendium ſine
1 culpa euenire non poteſt, *Bart. in l. ſi quis ex
argentarijs, §. an verò, num. 4. ff. de edendo, Franc.
Marc. deciſ. 61. num 1. par. 1.* Et in ijs, quæ citrà
culpam accidere non conſueuerunt, debet nõ
ſolùm probari caſus, ſed etiã tale quid, quod
culpam excludat, *Bald. in l. ſi creditor ſub nu. 3.
verſ. Si autem,* & ibi etiam *Salyc. in fine, C. de pi-
gnorat. act.* Et incendium præſumitur culpa
inhabitantium, latiſſimè *Farinac. q. 110. n. 41.
& ſeqq. Gaill. lib. 2. obſeru. 21. num. 3. Felician. de
cenſib. cap. 21. num. 49. & ſeqq. Ludouiſ. dec. 278.
D. Reg. Marcian. iun. in tract. de incendiarijs.*

Dicebat Iacobus ad nihilum, nec ciuiliter,
2 nec criminaliter teneri, ea ratione, quia quan-
do incendium caſu aliquo fortuito contingit,
conductor, ſiuè quilibet alius ex inhabitanti-
bus ad nihilum tenetur, cum nulla eorum
præceſſerit culpa, *Myſinger. ſingul. obſeruat.
cent. 6. obſeru.* 88. Et culpa leuiſſima præſumi-
tur, non autem alia maior, quę excuſabilis eſt,
*Farinac. d. q. 110. num. 90. P. Diana miſcell. reſol.
par. 9. tract. 7. num.* 31. Ex quibus lis mota per
dictum Hoſpitale contra dictum Iacobum
coram d. D. Præſidente S. R. C. D. Felice Vlloa
Delegato, fuit tranſactione finita, nàm certam
quantitatem Iacobus ſoluit, licet minimam
reſpectu magni damni.

Ad materiam ſunt diſtinguendi quinque
3 caſus. Primus eſt, de quo ſuprà. Secundus eſt,
quando incendium in domo conducta, con-
ductoris dolo, & data opera exortum eſt, & id
euidenter conſtat, & iſto caſu conductor non
ſolùm ad damni emendam tenetur, ſed etiam
criminaliter punitur, *Myſinger. ſup.* qua verò
pœna? Habes penes *Menoch. de arbitr. Iudic.
lib. 2. caſ.* 390. Tertius caſus, quando incendiũ
lata, vel leui culpa conductoris contingit, &
in hoc conueniunt omnes, vt ad damni emen-
dationem teneatur, ſed quoad pœnæ impoſi-
tionem variarunt, & magis communiter ad
Iudicis arbitrium remiſerunt, *Clar. in pract.
crim. §. fin. q. 68. verſ. Item ille, circà finem.* Quar-
tus caſus eſt, quando incendium conductoris
culpa leuiſſima exortum eſt, & tunc vt ad ni-
hilum teneatur, omnes concordant, *Pacichell.
de diſtantijs, cap. 6. membr. 7. nu.* 11. Quintus ca-
ſus eſt, quando verſamus in dubio, vt quia nõ
conſtat vndè incendium exortum eſt, nec ap-
paret de aliqua conductoris culpa, & eo caſu
omnes affirmant inhabitantium culpa eue-
niſſe, per *tex. in l. 3. §. cognouit, verſ. Et quia ple-
rumque, ff. de offic. Præfect. vigil.* Sed quæ culpa
præſumi debeat, an lata, an leuis, vel potiùs le-
uiſſima, explicat *Menoch. loco cit. num. 6.* Quo-
modò probetur caſus fortuitus, docent *Alex.
conſ. 50. num. 4. lib. 1. Maſcard. de probat. concluſ.
271. & ſeqq.*

Quid dicendum ſi incendium incipiat in
4 domo mea, à qua irruat in domum vicini, an
tenear ad damnum vicini, de quo in hac deci-
ſione? Et culpa etiam leuiſſima in committẽ-
do teneor, ex *l. 44. ff. ad l. Aquil. Pacichell. ſup.
num.* 13. Ex leuiſſima in omittendo non te-
neor, *l. ſi cuius 13. §. de præteritis, ff. de vſufr. Pa-
cichell. num.* 15. Si verò incendium ex fulgure
accidat, vel quo ſimile, ad nihilum teneor, *ibid.
num.* 14. Et quoties timeo incendium ex do-
mo vicini, putà, quia in illa puluerem tormẽ-
tariam, vel ſimile, tenet, poſſum petere cautio-
nem de damno infecto, *Tondut. Sanleger. reſol.
ciuil. par. 2. cap. 140. num. 2. Pacichell. ſup. n. 16.*

Nota hic, quod ſi ignis ſit ortus in domo vi-
5 cini, ex qua tranſiuit in meam, ſi ego non ſim
diligens in extinguendo ignem, etiã deſtruen-
do domum meam, ſi ad domus vicinorum
ignis irruat, teneor ad damna talium vicino-
rum, *Farinac. d. q. 110. cap. 3. num.* 135. Et ſi ar-
cendi incendij gratia quis vicinus ædes inter-
cidat, & deuaſtet actione *l. Aquilia*, non te-
nebitur, ſiuè iuſſu Magiſtratus hoc faciat, ſiuè
iuſto ductus metu, nè ſcilicet ignis ad ſe per-
ueniat, *l. ſi quis fumo 49. §. 1. ff. ad l. Aquil.* cum
alijs per *Pacichell. ſup. num.* 18. Imò neque ex-
tranei ad aliquid tenentur vicinis, ſi iuſtis
de cauſis domum deſtruxerint, *Farinac. ſup. nu.
145. & ſeqq.* Sed incendiarius damni dati re-
ſtitutionem, etiam à vicino dati non euitat,
cum ipſe huius damni cauſam dederit, *l. qui
occidit 30. §. in hanc quoque, ff. ad l. Aquil.* Et ad
domum vicinam deuaſtatam, nè aliæ domus
incenderentur, tenentur illi vicini contribue-
re pro refectione, ſi ad illam domũ ignis iàm
acceſſiſſet, *Pacichell. ſup. nu.* 21. Verùm primò
conueniendus eſt incendiarius, *Farinac. ſuprà
num.* 152.

Obſeruatio ad Deciſionem LXIV.

SVMMARIVM.

1 *An pœna, & quando tranſeat ad hæredes? etiam
in crimine controbanni, & à num. 2. ad nu. 13.*

AD *deciſ. 64.* ad materia, quando mortuo in-
quiſito poſſit contra illius hæredem pro-
cedi per Fiſcum. Obſerua, quod licet mors
1 omnia ſoluat, & interitu delinquentis, delictũ
vnà cum pœna extinguatur, *l. defuncto, ff. de
publ. iudic. l. 1. C. ſi reus, vel accuſ. mort. fuer. l. 1. ff.
de priuat. delict. l. 1. C. nè ex delict. defunct. l. ex iu-
diciorum, ff. de accuſat. Farinac. q. 10. num.* 36. Et
ſi pœna ſit pecuniaria, *Medic. tract. verſ. Omnia*

ſoluit, par.2.concluſ.32.num.86. Burſat.conſ.77. num.20.vol.1.Menoch.conſ.99.num.150.Oſaſch. deciſ.152.num.3.

Tamen quoties pœna pecuniaria non de-
2 betur in conſequentiam delicti, ſed principa-
liter, vt eſt quando per legem, vel Statutum imponitur pœna pecuniaria, & corporalis, & principaliter agitur ad pœnam corporalem, & ad pecuniariam, tunc non videtur extingui per mortem rei pœna pecuniaria, quæ vigore Statuti applicatur, & tranſit ad hæredes, *l.3. C.ſi pend.appellat.mors,l.fin.C.ſi reus,vel accuſat. mort.Gomes var.tit.de delict.cap.1. num.83. Albau.conſ.80.nu.1. Vaſq.comm. illuſtr.cap.96.nu. 17.& 18.Oſaſch.deciſ.149.num.8.Clar.q.97.nu. 7.Peregrin de iure Fiſci,lib.4.tit.5.nu.38.& 40.* Quando mortuo reo poſſit contra eius hæredes procedi, & in quibus cauſis eſt *Creſp.obſeruat.83.Verart.in ſpeculo viſit.cap.23.*diximus *Nos in tract.de nul it. rubr.9. q.39.*

Sed quæſtio eſt, an in crimine controban-
3 ni, & extractionis contra deuetum Regiæ
Curiæ, pœna tranſeat ad hæredes delinquentis? Quod tranſeat, facit *tex.in l. fraudati 8.ff. de publ.& vectigal l.commiſſa 14.ff.eod.l.2.C.de vectigal. & commiſſ. Cæſar Nicolaus Piſanus ad Goffredum de Gaeta ſuper Ritibus R.C.S. rub.2. de iure fundici, num.*500. *&* 502.vltrà vires hæreditarias adſtringi nequeunt, & ſi non habeant inuentarium, *Piſanus loc.cit. n.*501.

Verùm id aliqui intelligunt poſt litem cõ-
4 teſtatam cum defuncto, *Bart. in l. defuncto, ff.
quib.iudic.Gomes de delict. cap.1. num.82.*

Quod verùm non eſt, nam pœna commiſſi,
5 Fiſco ſtatim quæritur, & tranſit ad hæredes, &
ſi lis, nec conteſtata, nec cœpta cum defuncto fuerit, *d.l.fraudati,& l.commiſſa.l.cotem ferro,§. Dominus nauis, ff.eod.* quæ ſic ſubiungit: *Illicitarum mercium perſequutio hæredem quoque afficit.* Confirmat *Reg. de Marinis ad Reuert. deciſ. 516.l.fin.§.ſi quis profeſſus,ff.eod.Caball.caſ.298. num.4.Gomez tit.de delict.cap.1. num.80. verſic. Sextus caſus.*

Ratio eſt, quia fraudans gabellas furtum
6 committit, & peccat mortaliter, & tenetur ad
reſtitutionem, quia lex humana obligat in cõſcientia, *Alfar.de offic. Fiſcal. gloſ. 20. num.15. Laganar.ad Rouit.in rubr.de vectigal. ver. Quod ſi hæc vera ſunt*, dummodò in impoſitione illius concurrerint neceſſaria requiſita. Et tamen verùm eſt in crimine furti, inſtantiam tranſire in hæredes, licet non ſit lis conteſtata cum defuncto, vel ad eos nihil peruenerit, *Gl. in l.vnic.C.ex delict.defunct.* vbi *Salyc. Buccaron. de differ.inter iudic.ciuil.& crim.differ.129.nu.3.* & ſic idem debet procedere in delictis controbannorum.

Altera ratio eſt, quia quando pœna à lege
7 impoſita eſt ipſo iure, tranſit contra hæredes,
& ſi lis conteſtata non ſit, nec inquiſitio formata ſit cum defuncto, *Glaſ. in l.3. §. quod antem, ff.quod quiſque iur. Bart.in l. ex iudiciorum, ff.de accuſat Boſſ.tit.de pœnis, num.34. & tit.de ſent.num.46.Clar.§.fin.q.51. verſ.Scias etiam, Farinac.q.10.num.68. Cartar.de exequut ſent.capio Bannito,cap.1.num.353. Anton. Gomez var. tom.3.cap.2.num.80.verſ.Sextus caſus, Balb.dec. 391.Ricc.collect.1070.Caball.caſ.298.num.5.*

Ea ratione, quia quemadmodum pœna
8 tranſit ad hæredes, reo mortuo poſt latam ſẽ-
tentiam condemnatoriam, *Farinac.d.q.10.nu. 45.ex tex.in l.ex iudiciorum in princip.ff.de accuſ.* Ità quoque pœna tranſire debet ad hæredes, quando imponitur à lege ipſo iure, quia tunc ſententia dicitur lata non ab homine, ſed à lege, quod eſt plus, *Burſat. conſ. 77. Em. Suarez recept.ſentent. verb.Pœna,quæ ipſo iure. Farinac. d.q.10.num.68.*

Nec dicatur, quod requiritur ſententia
9 declaratoria, tamen talis declaratoria requi-
ritur ad exequutionem facti, & exequutionẽ pœnæ, non autem quoad illius incurſum, nam pœna ſtatim commiſſo delicto, incurſa eſt, etiam abſque declaratoria, tamen exigi non poteſt, niſi præcedat Iudicis declaratio, quæ declaratio etiam mortuo delinquente contra hæredem fieri poteſt, vt dixerunt in puncto *Gabriel lib.7.concluſ.35.nu.6. Cartar.de exequut. ſent.capi.Bannit.cap.1.num. 356. Peregr. de iure Fiſci,tit.5.lib.4.num.12.Farinac.q.10. num.70. Cabed.dec.197.par.1.*

Et eſt certũ, quod tàm de iure cõmuni, per
10 *tex.in l.commiſſa ff.de publ. & vectigal.* quàm
de iure Regni noſtri, cauetur, vt commiſſo delicto, delinquentes incurrant in pœnam pecuniariam duc. decem pro qualibet libra ſerici extracta, & in corporalem relegationis, aut triremium per decennium, vt in *Pragm. 25.§. 3.& Prag.37. tit. de extract. & aſport.* & ſic habet vim latæ ſententiæ, *Peregr.de iure Fiſci, tit. 5.num.7.lib.4.*

Sic etiam cautum eſt, vt pœna à Banno in-
11 dicta ad hæredes tranſgreſſoris tranſeat, *My-
ſing.centur.2. obſeru.* 8. vbi deciſum bis refert per Aulam Imperialem, *Ricc. collect.* 1070. 3. *limit.Peregr.d.lib.4.tit.5.caſu* 4.

Additur, quod res ſtatim commiſſo delicto
12 deſinit eſſe rei, & applicatur Fiſco, *Cæſar Nico-
laus Piſanus in d. rubr. 2. num.488. & 990.* ſic etiam pœna, quæ pro extractione debetur, *d.l. commiſſa, Reg. Moles deciſ. 36. tit. de iure adohæ.* Et ſecundùm prædicta deciſum, & practicatũ refert in Regia Iuncta controbannorum anno 1660. *D.Rocc.de offic.fol.349. num.68.*

Et caſu quo debetur ab hæredibus, illi ci-
13 tari debent, & probato delicto fertur ſenten-
tia, per quam pronunciatur, delictum fuiſſe à defuncto commiſſum, & proptereà incurriſſe in pœnam pecuniariam à lege, vel Statuto inductam, & exindè eius hæredes, & bona eſſe obligatas, & obligata pro quantitate dictæ pœnæ, *Farinac. d.q.10. nu.* 83. Sed non tenentur

tur

tur hæredes vltrà vires hæreditarias, *Farinac. d.q.10.num.67.Caball.caſ.298.num.44.*

Obſeruatio ad Deciſionem LXV.

SVMMARIVM.

1 *In materia præcedentiæ plures caſus, & n.2.*

AD *deciſ.* 65. Ad materiam præcedentiæ videndus *Iacobus Andreas Cruſius in amplo tract.politico, iuridico, hiſtorico, de præeminen-*
1 *tia, ſeſſione, præcedentia, & vniuerſo iure, diuiſo in quatuor libris, et in* 89. *capitibus*, agitur de præcedentia in genere, de præcedentia inter Pontificem, & alias dignitates Eccleſiaſticas, inter Reges, Republicas, & alios Dinaſtas ſeculares, inter Imperatorem, Electores Imperij, & alias Dignitates Germaniæ, & totius Orbis Chriſtiani.

Videndus etiam *D. Franciſcus Rocc. in tract.*
2 *de officijs, fol.*36.*& ſeqq.* vbi §.1. agit de præcedentia inter Senatores Supremi à latere Conſilij Regni noſtri, §.2. de præcedentia inter S. R. C. eiuſue Senatores, & Tribunal Regiæ Cameræ, eiuſque Præſidentes, §.3. de præcedentia inter Præſidentem S.C. & Locumtenētem R. C. ac Regentes Regalem Cancellariā, §.4. de præcedentia inter Regios Cōſiliarios, & Præſidentes Regiæ Cameræ, §.5. de præcedentia inter Præſidentes Regiæ Cameræ, eiuſque Fiſcalem, & Iudices M.C.V. §.6. de ordine præcedendi in M.C.V. §.7. de præcedentia inter Fiſci patronum R.C. & alterum M.C.V. §.8. præcedentia an detur Regio Conſiliario, Præſidenti R.C. vel Fiſci patrono eiuſdem creato, §.9. præcedentia an tribuatur Regenti Italiæ Senatus, adſcito ad Regalē Cancellariā Regni cōtra Decanum, *rubr.*6. de præcedentia inter Officiales eodem tempore ad eandem dignitatem aſſumptos, *rubr.*7. de præcedentia inter Officialem ſupernumerarium, & ordinarium recentiorem?

Obſeruatio ad Deciſionem LXVI.

AD *deciſ.* 66. obſerua, quod licet regulariter ſalarium, quod pro alimentis itineris, & vectutarum debetur, vnicum debeatur, ex quo ea eſt alimentorum natura, vt id, quod ipſorum cauſa præſtatur non ſit reiterabile, prout in legato alimentorum docuit *Petr. de Bellapertica*, quem ſequitur *Bart. in l. Titia, §. qui Marco de annuis legat. & in l. reconiuncti, num.*42.*ff. de leg.*3.*l. alimenta, §. Baſilica, ff. de alimenc legat. Surd. de aliment. tit.*9.*q.*5.*nu.*6.*&* 7. Tamen duplex ſalarium pro dietis debetur Iudici delegato, ſeù Commiſſario, qui duobus negotijs diſtinctis, & inter ſe compatibilibus eodem tempore vacat, ex *Parid. de Puteo in tract. de ſyndic. verb. Salaria, Ioſeph Seſſ. de inhibit. cap.*1.§. *num.* 12. *Maſtrill. de magiſtr. lib.*1.*cap.*21.*num.*79. *Marcell. de Mauro allegat.* 19.*par.*2.*Bouadill. in polit. lib.*2.*cap.*20. *num.*68. ex tex. in *Auth. vt Iudic. ſine quoqu. ſuffr. §. illud tamen*, ex alijs docet *D. Reg. Merlin. lib.*1.*contr. cap.*70. vbi deciſum per R.C. refert *Gratian. deciſ.*101.*num.*19. *Zacchia de ſalario, q.*11.*n.*29.*& per tot. Cæſar Nicolaus Piſanus ad Goffredum de Gaeta ſuper Ritibus R.C.S. rubr.*3. *de fundico flagelli, num.*80.81.82.*&* 84. & quid in dietarum computatione, ſi multas vacare poterat, ſed ob duplicatum laborem, & expeditionis modum ad pauciores redactæ fuerint, *num.*85. ac ſi quolibet die vltrà quatuor teſtes recipiat, *nu.*86. Et ſic ſi quis gerens aliquod officium propter quod recipiebat ſalarium, mittatur Ambaſciator ad aliquem Principem, conſequitur ſalarium, tam pro vno, quàm alio exercitio, *Martin. Lauden. de legat. Princ. qu.*29. Sic ſi proponatur Titius ad gubernium vnius Ciuitatis cum ſolito ſalario, ſi poſteà ei committatur gubernium alterius Ciuitatis, aliud debetur ſalarium, *Maſtrill. deciſ.*49. *num.*8. Sic ſi Collateralia exerceat officium Collateralium habebit aliud ſalarium, *Gratian. d. deciſ.* 101. *num.* 3. vbi idem dicit eſſe in Canonico, ſi duo exerceat officia, *Nig. de laudem. par.* 1. *q.* 22. *num.* 45. Sic ſi duo erant Curati in aliqua Ciuitate, ſi vnus moriatur, & ſuperſtes vtrumque exerceat, vtrumque ſalarium conſequitur, *Zacchia d.q.*11.*num.*11. vbi ſimilia ponit per totum.

Obſeruatio ad Deciſionem LXVII.

SVMMARIVM.

1 *An, & quando ſint ſoluenda ſalaria per inquiſitos, Commiſſarijs pro capienda informatione?*

AD *deciſ.*67.*nu.*23. obſerua, quod Commiſſariorum ſalaria non debent ſolui per inquiſitos, niſi ſint condemnati, vel compoſiti pro eorum delictis, aliàs Commiſſarius deputatus punitur de extorſione, vt in *Prag.* 10. §. 67.*de offic. Iudicum*, & ibi, *apoſtill.* & licet ſeruaretur, quod dictæ *Pragmaticæ* per Dom. Proreges diſpenſabatur, vt ſeruatum pluriès refert *D. Conſil. Rocc. in tract. de offic. fol.*385.*nu.* 119. Tamen anno 1668. ſuperuenerunt literæ S. M. prohibentes tales diſpenſationes, & ſeruari *dictam Pragmaticam*, quæ literæ ſunt typis datæ per *D. Rocc. in fine dicti tract. fol.* 566.

Obſeruatio ad Deciſionem LXVIII.

SVMMARIVM.

1 *An fur excuſetur à pœna furti. ſi Dominus prædatus aſſerat furtum fuiſſe factum ex ſua voluntate? & an ſi reſtituat rem furatam? & num. 2.3.& 4.*

AD *deciſ.*68. *num.* 5. vbi habetur, quod non
excuſatur fur à pœna furti, ſi Dominus
aſſerat ablationem rei fuiſſe factam ex ſuo
1 conſenſu. Obſerua, quod in dubio præſumitur
facta inuito Domino, *l. qui vas, §. vetare, ff. de*
furtis, Gomez var. lib. 3. cap. 5. de furtis, nu. 1. Ne-
guſ. conſ. 524. *num.* 8. *Tuſch. lit. D. concluſ.* 157.
Giurba conſ 68. *num.* 12. *Farinac. de furtis, q.* 174.
num. 148.
Et Dominus ſi aſſerat contrarium, illi non
2 creditur, aliàs eſſet in arbitrium Domini non
facere punire furem, in præiudicium Reip.
D. Author hic, Vin. deciſ. 146. *num.* 3. *Gerard. ſing.*
51. *Marſil. ſing.* 22. *Tepat. lib. var. tit. de furtis, co-*
lum. 8. *Tuſch. lit. F. concluſ.* 389. *num.* 1. *concluſ.*
555. *num.* 27. *Giurba vbi ſup. Farinac. d. qu.* 174.
num. 155. *Conciol. reſol. crim. verb. Furtum, reſol.*
5. *num.* 7.
Nàm ſi cum dicta aſſertione concurrant
3 coniecturæ, putà amicitia, conſanguinitas,
paruitas rei furatæ, conſuetudo permittendi
talia furta, & ſimilia, eo caſu dicta aſſertio
Domini, maximè iurata, excuſaret, & libera-
ret illum ab omni pœna, *Gomez var. d. cap.* 5.
num. 2. & ibi, *Add. lit. A. Clar. §. furtum, num.* 22.
Menoch. de arbitr. caſ. 298. *num.* 4. vbi dicit, di-
ctas coniecturas remittendas eſſe arbitrio Iu-
dicis, *Farinac. d. q.* 174. *num.* 36. *Giurba d. conſil.*
68. *num.* 13. *Balth. Thomaſ. var. tract. tom.* 3. *de*
exequut. vltim. volunt. tit. 12. *num.* 1116. *lim.* 81.
Conciol. d. reſol. 5. *num.* 8.
Obſerua ad hanc *deciſ. d. num.* 5. quod fur
4 non euitat pœnam furti, ſi reſtituat bona fu-
rata Domino, *l. qui vas in princ.* & ibi, *Gloſ. &*
DD. ff. de furtis, melior tex. *in l. qui ea mente, ff.*
eod. vbi dicitur: *Qui ea mente alienum quid con-*
trectauit, vt lucrifaceret, tametſi mutato conſilio, id
Domino poſteà reſtituit, fur eſt: nemo enim tali
peccato pœnitentia ſua nocens eſſe deſijt, Vin. opin.
347. *num.* 7. *& ſeqq. Petr. Gregor. ſyntagm. iuris,*
lib. 37. *cap.* 1. *rubr. de furtis, num.* 5. *verſ. Vulpia-*
nus. & num. 22. *verſ. Ideò Firman. in tract. de ga-*
bell. par. 4. *num.* 13. vbi teſtatur de communi,
Cantera qq. crimin. cap. 8. *rubr. de furtis, nu.* 3. *ver-*
ſic. Sed eſt dubium, Farinac. de furtis, q. 178. *n.* 23.
& q. 124. *num.* 172.

Obſeruatio ad Deciſionem LXIX.

SVMMARIVM.

1 *An, & quando filius obligetur ſine conſenſu patris? & quando conſenſus tacitus ſufficiat? & num. 2.3.4.5.6.7.8.9.& 10.*

11 *An filius teneatur ad debitum patris, licet illius non ſit hæres?*

OBſerua ad hãc deciſionem, quod filiusfam.
poteſt obligari ſine conſenſu patris pro
exoneratione conſcientiæ, *Rota in Romana*
1 *pecun.* 7. *Iunij* 1641. *coram Card. Cerro in fine.*
Poteſt pariter donare Clerico pro Ordini-
2 bus ſuſcipiendis, in qua non requiruntur ſo-
lemnitates, ſecundùm *Tiraq. in l. ſi vnquam*
in verb. Donatione largitus, num. 11. *C. de reuoc.*
donat. Surd. deciſ. 290. *nu.* 20. *& deciſ.* 214. *nu.* 1.
Gratian. diſcept. forenſ. cap. 750. *num.* 29. *par.* 4.
D. Conciol. ad Statut. Eugub lib. 2. *rubr.* 57. *n.* 19.
Conſenſus patris in contractu filijfam. re-
3 quiſitus per Statutum, requiritur non ad re-
integrandam perſonam filij, ſed ratione præ-
iudicij ipſius patris, vt dicunt *D. Card. de Luca*
tom. 7. *tit. de alienat. & contract. prohib. diſc.* 37.
num. 27. vbi teſtatur hanc eſſe magis commu-
nem opinionem receptam in Curia Romana,
& in Rota, itàut ille conſenſus etiam ex inter-
uallo accedere valeat, vt ibi per eum. *Et Rota*
apud *Duñoz deciſ.* 584. *& deciſ.* 649.
Obſerua ſecundò, quod ſtante Statuto re-
4 quirente conſenſum patris in contractu filij-
fam. cenſetur illi ſatisfactum, ſi pro eo pater
in dicto contractu fideiubeat, cum implicita
approbatio ſufficiat, *Mangil. de euict. qu.* 61. *in*
princ. & q. 92. *num.* 4. *Maur. Aretin. de fideiuſſ. p.*
2. *ſect.* 2. *cap.* 4. *num.* 18. *D. Card. de Luca tom.* 7.
diſcurſ. 37. *num.* 27. Et ſi inſimul ſe obliget, *Cy-*
riac. contron. 292. *num.* 5. Niſi Statutum requi-
rat expreſſum conſenſum, vt eſt noſtra *Pragm.*
ad Macedon. Mangil. d. qu. 92. *num.* 7. *Rota deciſ.*
797. *num.* 12. *par.* 1. *diuerſ.* & apud *Ludouiſ. dec.*
384. *num.* 7, & ibi *Add.* Neque quando con-
ſenſus requiritur pro forma, *Mangil. d. q.* 92. *n.*
9. *Add. ad Ludouiſ. deciſ.* 384. *num.* 10. *Tiraquell.*
de leg. connub. gloſ. 6. *num.* 5. *& ſeqq.*
Si tamen pater eſt abſens ſufficit interpo-
5 nere in contractu decretum Iudicis, vt notat
Bald. in l. tranſactionẽ 35. *ſub num.* 5. & ibi *Caſtr.*
num. 5. *C. de tranſact. Borgn. deciſ.* 31. *num.* 39. *p.*
1. *Carpan. ad Stat. Mediol. lib.* 1. *cap* 416. *nu.* 126.
Rota deciſ. 25. *num.* 3. *par.* 9. *rec. tom.* 1.
Idem eſt ſi pater, & filius non benè conue-
6 niant, quia pariter ſufficit decretum Iudicis,
Rota ibi.
Verùm ſuper illa mala conuenientia non
7 eſt ſtandum aſſertioni filij, ſed illa eſt proban-
da, *Rota poſt Pic. ad Statut. Vrb. deciſ.* 36. *nu.* 1. *&*
ſeqq.

ſeqq.& d.deciſ.25.num.4. & ſeqq. vbi declarat.
Sed non habet locum noſtra cõcluſio, quã-
8 do Statutum requirit conſenſum patris, &
decretum, quia tunc pater eſt requirendus, &
illo recuſante alius Iudex eſt adhibendus, *Ro-*
ta d.deciſ.26.num.11.& ſeqq. vbi declarat.
Obſerua tertiò, quod ſi filiusfam.poteſt
9 contrahere ſi eſt Mercator, id ſtatuto mandã-
te, intelligitur ſi contrahat ratione mercaturæ
tantùm, *Franc. Becc. conſ.5. in fine, lib.1.Genua*
de ſcript.priuat.lib.4. tit.de lib. Mercat. num. 38.
Add.ad Rota dec.345.num.141. par.9. rec.to.2.
Obſerua quartò, quando filiusfam.dicatur
10 ſeorſim à patre viuere? videndi *Add. ad Pai-*
tell.exped.76.num 20.& ſeqq.Add.ad Buratt.de-
ciſ.584.num.19.& ſeqq. D.Card. de Luca tom.7.
diſc.37.num.11.Ludouiſ.deciſ.182.
Obſerua quintò, quod ad debitum Primi-
pilare teneatur filius, licet patris hæres non
11 ſit, vt dicunt *Matthesil.in l.1. C. de priuil. Fiſci*
inter ſing.DD.num.2. Coraſ.lib.5. miſcell. cap.4.
Io:Boſquius de leg.nupt.lib.6.num.41. Alſar.de
offic.Fiſcal.gloſ.16. priuil.21.num.95. quare, &
quibus concurrentibus, *Cæſar Nicolaus Piſa-*
nus ad Goffred. de Gaeta ſuper Ritib.R.C.S.rubr.
2.num.143.& 144.

Obſeruatio ad Deciſionem LXX.

SVMMARIVM.

1 *An, & quando Decuriones Vniuerſitatis teneantur ad onera Vniuerſitatis? & num.2.*

AD *deciſ.70.* obſerua vltrà *DD.* allegatos
obſ.noſtra 1.Quod Decuriones habent im-
munitatem ab oneribus extraordinarijs,
1 *Loſaus de iure vniuerſ.p.1.c.3.n.38.*
Non tamen ſunt exempti à collectis, ſeù
2 oneribus realibus, & mixtis, benè tamen à
perſonalibus, poſt *Solorzan.de iure Indiar.Bal-*
maſed.de collectis,q.44.per tot.Borgnin.dec.5.Ric.
collect.2970. vbi in fine ait, an ſint immunes ab
hoſpitatione militum. Eſt benè verùm, quod
non ſemper ità de facto procedit, prout de
iure eſt ſtatutum, nàm non deſunt Decurio-
nes, qui abutendo, & corrumpendo (& ſi oc-
culto faciant) collectas non ſoluunt, quod cũ
de iure facere non poſſint, in conſcientia te-
nentur, *Balmaſeda d.q.44.num.15.* de abuſu, &
corruptela in multis Vniuerſitatibus vlitatè
introductis, exclamat doctiſſimus, eruditiſſi-
mus, & integerrimus *D. Romaguera in addit. ad*
Conciol.ad Statuta Eugub.lib.1.rubr.9.nu.18.

Obſeruatio ad Deciſionem LXXI.

SVMMARIVM.

An, & quando Fiſcus ſit immunis à gabellis? &
num.2.3.& 4.
5 *An Dominus Rex teneatur obſeruare Priuilegia anteceſſorum Regum?*
6 *An, & quando nominans teneatur de culpis nominati? & num.7.8.9.10.& 11.*

AD *deciſ. 71.* obſerua, an ſit ſoluendum ius
Regiæ Dohanæ Neap.pro bonis confiſca-
tis cuiuſdam rebellis, quæ ab illo, ad Regiã
1 Dohanam huius Ciuitatis, immiſſa reperiebã-
tur? & non teneri videtur dicendum, nam Fi-
ſcus eſt immunis à gabellis, *l.locatio, §.Fiſcus,*
ff. de publ. & vectigal. Bart. conſ. 226. diximus
ſuprà *deciſ.17.Cæſar Nicolaus Piſanus ad Goffre-*
dum de Gaeta ſup.ritib.R.C.S. rub.2.de iure fun-
dici,num.279.
Sed contra, quod licet ipſe non ſoluat ga-
2 bellas, ſoluit illam emens à Fiſco, *d. §.Fiſcus,*
verſ. Mercatores autem, Reg. de Marinis lib.1.
cap.169.num.5.Alfar.de offic.Fiſcal gloſ 20.§.8.
num.117.& d.gloſ.20.§.3. num. 53. poſt *Berta-*
chin.de gabell.Laud.& Rebuff.de Fiſco,Cæſar Ni-
colaus Piſanus vbi ſup. num. 280. & quando ſe-
cùs *num.281.et 283.*
Sed quod nec emens à Fiſco ſoluat gabellã,
3 fecit, ſi hoc eſſet per indirectum illam Fiſcus
ſolueret, nàm tantò minoris venderet Fiſcus
bona, ſi ab emptore eſſet ſoluenda gabella,
Piſanus vbi ſuprà, Dec.conſ.48.nu.5. Eò magis,
quia diſpoſitio *d. verſic. Mercatores autem*, eſt
intelligendus cum diſtinctione duorum ca-
ſuum. Primus eſt, quando onus gabellæ non
eſt annexum contractui, ſed contingit ex actu
prorsùs ſeparato, exemplum eſt, ſi ego emerẽ
à Fiſco frumentum, quod collectum eſt in
eius territorio, quod poſteà vellem mercimo-
nij cauſa ad Ciuitatem introducere, vel à do-
minio extrahere, in cuius immiſſione, vel ex-
4 tractione ſoluitur certum quid pro ſingulo
modio, certè hic emptor ab hac gabella non
erit immunis, & ſic procedit *tex. d.verſ.Mer-*
catores. Alter caſus eſt, quando onus gabellæ
eſt annexum contractui, nec aliter contingit
ex actu ſeparato, ſiuè remoto, exemplum eſt, ſi
impoſita eſt gabella, vt pro ſerico, quod ven-
ditur ſoluatur quid pro ſingula libra, vel mo-
dio frumenti, vel pro mercibus, quæ immittũ-
tur ad Dohanam teneatur delator cum pri-
mum ad domum propriam eas conducet, pro
iure fundaci certum quid ſoluere, hoc caſu,
quia onus gabellæ eſt annexum contractui, ſi
emens à Fiſco cogeretur gabellã, ſeù ius fun-
daci ſoluere, per indirectum Fiſcus hoc onus
ſubſtineret, quia qui emit, non emeret tanti,
ſed tantò minoris propter onus gabellæ, &
ſic Fiſcus læderetur, quia cogeretur viliùs vẽ-
dere, cariùs autem quando emptor eſſet im-
munis, hoc dicunt *Bald.conſ.31. lib.1. Ioan.de*
Amic.conſ.18. Menoch.conſ.136. lib.2. Peregr.de
iure Fiſci,lib.6.tit.5.num.25. Gennenſ.pract.Ec-
cleſ.q.212. & ſecundùm hac opinionem in ca-
ſu propoſito deciſum refert per R. C. anno
1657.

1657. *R. de Marin. arreſ.* 682. *& ad Reuer. dec.* 548.
Ad num. 63. eſt iodubitatum Regem noſtrũ
5 non teneri ſeruare Priuilegia, & conceſſiones
factas per Reges Ferdinandum Primum, Al-
phõſum Secundum, Ferdinandum Secundum,
& Federicum, ea ratione, quia Rex Ferdinan-
dus Catholicus non ſucceſſit Regi Federico,
ſed Regi Alphonſo Primo, tanquam filius
Ioannis Regis Nauarræ fratris dicti Regis
Alphonſi Primi, niſi talia Priuilegia fuerint
confirmata per Dominum Imperatorem Ca-
rolum Quintum, teoeri tamen obſeruare Pri-
uilegia conceſſa per Reginam Ioannam Secũ-
dam, *Reg. Reuert. deciſ.* 33. & ibi, *Reg. de Mari-
nis*, & idem *Reg. de Marinis lib.* 2. *reſol. c.* 173.
Camill. de Medicis conſ. 60. *num.* 13. idem *Reuert.
deciſ.* 286. *num.* 2. & ibi, *Reg. de Marinis nu.* 1. *&
in obſeruat. ad deciſ.* 553. *num.* 2. adeſt *Pragm.* 1.
& ſeqq. ſub tit. de poſſeſſoribus non turbandis.
Ad num. 69. Quando ſubſtituens in officio
6 teneatur de culpis, & defectibus ſubſtituti,
addimus dicta per *Nos in obſeruat. ad conſ.* 87.
lib. 1. *D. Anthoris, Maur. alleg.* 93. *D. Rodoer. ad
Reg. de Marinis, cap.* 3. *Epiſc. Afflict. contron.* 45.
Ad materiam obſerua, an nominans tenea-
7 tur de culpis, & defectibus nominati? Et ad
reſolutionem ſunt diſtinguendi tres caſus.
Primus eſt, quando ex nominatione nullum
ius tribuitur electo, putà ſi in aliquo Collegio
ageretur de electione alicuius ad aliquod of-
ficium, cuius electio ſpectat ad Collegium, vt
vniuerſos, vnus ex congregatis oominauit
Titium, tanquam perſonam aptam ad exer-
cendum illud officium: Certè ex illius nomi-
natione oullum oritur ius electo, nàm non
importat aliud illa ſimplex nominatio, quam
mera propoſitio illius perſonæ, & ſicut ipſe
propoſuit vnum, alius poteſt proponere aliũ,
& ſic illa nominatio non tribuit ius, ſed ele-
ctio, quam facit Collegium, *l.* 1. *§. ſolent*, & ibi,
Bart. ff. quando appell. ſit.
Alia eſt nominatio, quæ tribuit ius, ſed noo
8 perfectum, vtputà quæ egeat confirmatione
Superioris, & hæc dicitur electio, quia Supe-
rior, ad quem ſpectat confirmatio non poteſt
eligere alium, quam nominatum, licet ex iuſta
cauſa poſſet denegare confirmationem, & nõ
aliter, *l. exactores, C. de ſuſcept. præpoſ. lib.* 10. vbi
Ioann. de Platea declarat.
Tertia eſt nominatio, quæ tribuit ius perfe-
9 ctum, cum non egeat aliqua confirmatione,
Bart. in d. l. 1. *§. ſolent. Rebuff. in tract. de nominat.
q.* 1. *num.* 17. 18. 19. *Gizzarell. deciſ.* 31.
Ex his tribus ſpeciebus nominationum, illa
10 prima ſpecies, quæ nullum ius tribuit, differt
ab electione, nã nõ eo ipſo, quod quis ab vno
de Collegio nomioatus eſt pro idoneo ad ali-
quod officiũ, dicitur electus, ſed requiritur,
quod electio fiat à toto Collegio, *d. l.* 1. *§. ſolet,
l. nominationum*, & ibi, *Gloſ. C. de Decur. lib.* 10.
In reliquis verò duabus ſpeciebus, in qui-
11 bus nominatio tribuit ius, aut perfectum,
aut imperfectum, nominare idem eſt, quod
eligere, *Auth. vt iud. ſine quoquo ſuffrag. §. ius iu-
randum verò, verſ. Poſita*, & ibi, *Gloſ. verb. No-
minandis.* Et in his duobus caſibus, quia no-
minatio eſt idem, quod electio, ſemper nomi-
nans tenetur de culpis, & defectibus nomina-
ti, latè *D. Author in Pragm.* 2. *de adminiſtr. Vni-
uerſit. num.* 27. *& ſeqq.* Ex quibus, quod Tribu-
nus Militum D. D. Martinus de Caſtejon, &
Medrano Locumtenens Regij Caſtri noui, nõ
teneretur pro fuga carcerati à dicto Caſtro,
ex deciſis per *R. Sanfel. dec.* 46. quamuis dediſ-
ſet voluntatem Carcerario nominato à Car-
cerario maiori, dùm fuga euenit aliqua culpa
dicti Carcerarij, deciſum fuit per Collat. Cõ-
ſilium die 19. Nouembris 1687. apud Iulium
Valente Actuar. Iunctæ.

Obſeruatio ad Deciſionem LXXIII.

SVMMARIVM.

1 *An pro laudemio competat via exequutiua? vbi
deciſio S.C.*

AD *deciſ.* 73. *ad num.* 12. obſerua, an pro lau-
demio competat via exequutiua? Et non
competere, ſi Dominus directus non ſit in
1 poſſeſſione exigendi, vt deciſum fuit per S. C.
annis elapſis in cauſa Beneficiati N. cum Pa-
trimonio Principis Roccæ Rom. in Banca
Figliolæ.

Obſeruatio ad Deciſionem LXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Officiales ſeruientes in aliquo Arrendamento co-
gnoſcuntur ab illius Delegato.*

AD *deciſ.* 74. obſerua, quod Officialea omnes
deſeruientea ad exactionẽ gabellæ farinę,
& ſatellites actum deſeruientes in locis de-
1 ſtinatis, nè fraudes, & intercepta farinæ, vel
frumenti, fiant, cognoſcuntur in eorum deli-
ctis, tàm commiſſis in negotio illo, quàm ex-
tra tale negotium, priuatiuè quoad alios, à D.
Delegato dicti Arrendamenti, vigore contra-
ctus inhiti cum Regia Curia in emptione di-
ctorum officiorum anno   . vt eſt videre
apud Notarium Regiæ Curiæ. Sicuti de Offi-
cialibus, Curialibus, & Tribunal. ſubditis, *Cæ-
ſar Nicolaus Piſanus ad Gaetam ſup. Rit. R.C.S.
in rub.* 1. *n.* 199. *& à n.* 257.

Obſeruatio ad Deciſionem LXXV.

SVMMARIVM.

1 *Ciuis Neapolitanus ex* Pragm. *ſi diſcedat à Ci-
uitate, an, & quando perdat Priuilegium?*

AD *deciſ.* 75. obſerua, quod Ciuis Neapolita-
nus ex Priuilegio *Regiæ Pragmaticæ* 1. *de
immun. Neap.* qui vxorem duxit Neapolita-
1 nam, & domum comparauit, ſi deindè per
triennium abſens fuit, nullis relictis liberis in
Ciuitate, nec familia, ſed vxore in Monaſte-
rio,

Google

rio,non valet interim,adhùc abſens,immonitatibus Neap.in Dohana,& alibi, frui,vt benè fundat *Reg.Galeot.reſp. fiſcal.9. Cæſar Nicolaus Piſanus ad Gaetam ſup. Rit. R.C.S.in rub.1.num. 256 & in rub.10.num.23.*

Obſeruatio ad Deciſionem LXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Officialis, an teneatur de delictis familiæ?*

AD *deciſ.79.num.26.*obſerua,quod Officialis
tenetur de delictis familiæ, vt eſt optimus
tex.in l.1.C.ad l.Iul. repetund. Bellug. in ſpec.
1 *princ.rubr.35.de grauam.Ciuit. num.1. verſ.Nedum,* vbi *Borrell.in addit.lit.B.* adducit *Curt.iunio. in l.1.num.13. C.de ſeru. fugit. Franc.Marc. deciſ.61.vol.1.Gramm deciſ.34.num.39. Arnon. Dialog.4.Zaſ.conſ.15.vol.1.Plaza in Epit.delict. lib.1.cap.14.Bouadill.in politic.lib.5. cap.1.num. 78.& ſeqq.Larrea deciſ.Granat.48. num.9. verſ. Igitur,& Iudicem, par.1. D.Prat.in Nicandro,in vltima editione, num.610.& ſeqq.*

Obſeruatio ad Deciſionem LXXX.

SVMMARIVM.

1 *Habens intereſſe in Arrendamento, an poſſit eſſe Delegatus?*

AD *deciſ.80.* obſerua, quod Iudex, qui habet
annuos introitus ſuper aliquo Arrendamento, ſi lis ſit ſuper affictu dicti Arrenda-
1 menti, vel cum Affictatore illius circa ſolutionem excalei per illum debiti,non poteſt recuſari, vt ſeruatum fuit millies, ſignanter in causa Ducis Ioannis Cardini cum D.Thoma Carauita Regio Conſiliario, qui votauit in causa pro Regia Dohana Neapolis, quamuis magnum intereſſe haberet in dicto Arrendamento, & idem ſeruatur in omnibus Delegatis Arrendamentorum, qui omnes quaſi habent intereſſe in Arrendamentis, quæ gubernant; cum debeat eſſe contrarium, nàm quis non poteſt eſſe Iudex, quando in cauſa habet intereſſe, *l. vnic. C. nè quis in ſua cauſa iud.l.qui iuriſdictioni, ff.de iuriſd. omn.iudic. Vin. dec.223. Soccin.reg.243. Chriſtin. deciſ. Belg. 152. vol.2.* etiam parte conſentiente, *Capyc.deciſ.124. nu. 1.*vel non opponente, *Gallupp. in praxi, par.1. cap.4.num.14.*Quod procedit etiam ſi intereſſe ſit ſecundarium,vel in conſequentiam,nàm etiam tùnc dicitur cauſa propria ipſius, *Gloſ. in l.omnibus,verb.In re propria, C.de teſtib. Reg. Capyc.Latr.deciſ.12.num.9.*

Obſeruatio ad Deciſionem LXXXI.

AD *deciſ.81.* vide *Nos in tract.de nullit.rubr.5. quæſt.36.*

Ad num.2.& 3. vide *Nos in d. tract.de nullit. rubr.8.q.3.*

Obſeruatio ad Deciſionem LXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus Regius, an requiratur in caſu poſito?*

AD *deciſ.83.ad num.19. 21. & 30.* obſerua,
quod ſicut contrahens cum Regia Curia, vel Domino,videtur contrahere cum
1 Regio aſſenſu, cum aſſenſus cenſeatur præſtitus ad fauorem Fiſci, vt dicitur hic, ità pariter, ſi vt ſe obliget feudatarius ſuper feudo requiratur Regius aſſenſus, ſi feudatarius cõtrahat matrimonium iuſſu Regis, vel ex eius voluntate, cenſetur præſtitus aſſenſus ſuper eius bonis feudalibus ad fauorem vxoris,pro cautela eius dotium, & iurium feudalium, *Iſern.in Conſtitut. Fratribus,verb.Sorori,Paris de Puteo de reintegrat.feud.cap.236.num.7.Frecc.de ſubfeud.lib.2.q.2.num.10.Camerar.fol.50. col.3. lit.M. D.Roſa conſult.52. num.14. Reg. Moles de iure deuolut.§.23.q.2. nu.26. fol. 254.* quamuis contra teneat *Gloſ. in Conſtit. Mulier, quæ dotarium, Reg.de Marinis ad Reuert.dec.470.*

Obſeruatio ad Deciſionem LXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio facta per Nouitium, an ſit ſubiecta* Conſuet.Neap.

AD *deciſ.85.* adde ad noſtram *obſeruat.nu.50.*
quod diſpoſitio facta per Nouitium tempore profeſſionis faciendæ, dicitur actus
1 vltimæ voluntatis, non inter viuos, vt benè probat *D.Carol.de Roſa in allegat. impreſſa, poſt Commentar. ſuper Conſuet.Neap.fol.178.et ſeqq. Cæſar Nicolaus Piſanus ad Gaetam ſuper Rit. R.C.S.rub.2. n.345, cum multis ſequentibus.*

Obſeruatio ad Deciſionem LXXXVI.

AD *deciſ.86.* adde videndum *Didac. Perez in l.6.in fine,tit.4.lib.2.ord. Lanfranc.Balb.inter communes, tom.3. cent.5. concluſ. 487. Leo deciſ.Valent.7.tom.1.& 104.Alfar.de offic.fiſcal. gloſ.16.priuil.46.*

Obſeruatio ad Deciſionẽ LXXXVIII.

AD *deciſ.88.* obſerua,quod fuit deciſum per Regiam Cameram anno 1675. ad relationem tùnc Præſidentis Regiæ Cameræ,

nunc

nunc digniſſimi Regentis D. Franciſci Moles
Ducis Parete, in cauſa Ill. Ducis Laurianæ, cū
Ill. Marchione Specchiæ, quod habeatur pro
perfecta conuentio, & tranſactio facta inter
Partes, quando illa fuit facta coram teſtibus,
& nihil aliud remanebat agendum, aut con-
ueniendum, niſi inſtrumentum ſuper illa ſti-
pulari facere ad futuram rei memoriam, in
Banca Laurentij de Floro.

Obſeruatio ad Deciſionem LXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *An detur præmorientia in caſu propoſito? & nu. 2. 3. & 4.*

AD *deciſ.* 89. obſerua, caſum in facto contin-
gentem. Titius donauit Seiæ vxori, eius
bona, & poſt mortem Seiæ, Eccleſiæ A. Seia
1 donauit reciprocè Titio eius viro eius bo-
na, & poſt mortem Titij Eccleſiæ B. Moritur
vxor, Titius acquiſiuit bona vxoris, posteà
moritur Titius, prætendit Eccleſia B. Bona
Seiæ, & illa obtinuit. Eccleſia A. Prætendit
bona propria Titij, repugnat tradere hæres
illius ab inteſtato, & eius creditores contra-
cti poſt talem donationem. Quid iuris? Vi-
detur dicendum benè dicere hæredem ab in-
teſtato Titij, & eius creditores, nàm per præ-
morientiam Seiæ vxoris, fuit caducata dicta
donatio, quæ videtur facta à Titio, caſu, quo
eius vxor Seia ſuperuiueret ipſi, ſecùs ſi præ-
moreretur, *l. vnic. §. ſin autem aliquid, C. de ca-
duc. tollend. l. de pariter, ff. de reb. dub.*

In contrarium tamen eſt ipſa veritas, nàm
2 donatio hæc fuit facta in contractu, in quo
non datur per præmorientiam, caducitas, ad
*tex. in §. ex conditionali, Inſtit. de inutil. ſtipul. &
Marcian. diſp. 12. Cæſar Nicolaus Piſanus ad Gae-
tam ſup. Rit. R. C. S. rub. 5. nu. 45.* ſed conditio-
num adimplementum, *Piſanus ibid. n. 46.*

Nec donatio à Titio Seiæ, fuit facta in ca-
3 ſu, quo Seia ipſi ſuperuiueret, ſed fuit facta
generaliter, & ſimpliciter Seiæ, & poſt illius
mortem Eccleſiæ, igitur cum iàm ſit factus
caſus mortis Seiæ, & ipſius Titij, iàm eſt factus
caſus donationis ad fauorem illius Eccleſiæ.

Nec poteſt reuocari dicta donatio facta
4 ad fauorem Eccleſiæ, etiam antè acceptatio-
nem ipſius Eccleſiæ, ad *tex. in l. quoties, C. de do-
nat. quæ ſub modo,* & per dicta per *Nos hic.*

Obſeruatio ad Deciſionem XC.

SVMMARIVM.

1 *Fructus legatorum debentur ex mora, & quando non, etiam piæ cauſæ? & num. 2. 3. 4. & 5.*

AD *deciſ.* 90. ad materiam, quando debeatur
intereſſe legatorum, obſerua, quod fructus
legatorum poſt moram tantùm debentur,
1 *l. 3. in princ. ff. de vſuris, cum concord. Leotard. de
vſuris, q. 19. num. 3. & 4.*

Et ſic hæres ex ipſo aditionis actu moram
2 legatarijs facere non intelligitur, niſi ſequa-
tur litis conteſtatio, aut interpellatio lo-
co, & tempore congruo facta, vt contra *Ioan.
Copi lib. 2. de fructib. tit. 3. & 4.* fundat *Leotard.
d. q. 19. num. 4. & 7.* vbi deciſum per ſuum Se-
natum refert, nam licet ex dicto actu hæres
notitiam talis legati habeat, tamen quia po-
teſt eſſe, quod legatarius tale legatum nolit
habere, & proindè nil tali legatario iuris
quæſitum dici poteſt, ad *tex. in l. 86. §. cum
ſeruus, ff. de legat. 1. Leotard. d. q. 19. nu. 40.* con-
tra dicta *D. Authoris hic. num. 20. & 21.*

Quod procedit etiam ſi dies præſtationis
3 in legato ſit à teſtatore adiectus, nàm per la-
pſum illius diei, non ſequuta interpellatione,
vel litis conteſtatione, intereſſe non debetur,
nàm per lapſum illius diei non conſtituitur
in mora, dùm à legatario interpellatus non
eſt, cum poſſit credere, legatarium illud nol-
le petere, & voluntas teſtatoris tali die præſta-
ri debere, habet tacitam conditionem, ſi lega-
tum, vel fideicommiſſum agnitum erit. Ità
dixit *Anton. Fab. de error. Pragm. decad. 1. e. c.
2. num. 4. & lib. 15. coniect. cap. 3.* & ſecundùm
hâc opinionem deciſum refert in ſuo *Codice,
tit. de vſuris, & fructib. legator. defin. 10. The-
ſaur. fil. qq. forenſ. lib. 4. q. 25. num. 6. Leotard. d. q.
19. num. 10.* Vbi *num. 18.* limitat, ſi teſtator di-
ſtulerit legati, vel fideicommiſſi præſtatio-
nem, gratia fideicommiſſarij, nàm hoc caſu
fructus antè moram debentur, ex tacita vo-
luntate teſtatoris.

Sed fauore minoris, piæ cauſæ, Eccleſiæ, ex
4 cauſa dotis legatæ mulieri pauperi, fauore fa-
tuorum, furioſorum, & ius ſuum ignorantiſ,
fructus debentur antè moram, à die mortis
teſtatoris, *Leotard. d. q. 19. num. 36. 37. 38. & 39.*
Sicut, & fructus legitimæ. Sicut ſi legatum ſit
relictum cum fructibus, *Leotard. ibid. num. 1.
17. & 20.* Sicut & Vniuerſitatis legatum trā-
ſit cum incremento ad legatarium idem *num.
29.* Vel ſi ex coniecturis appareat teſtatorem
voluiſſe fructus quoque reſtitui, nàm illi etiā
antè moram debentur, *Leotard. ibid. n. 20.*

Obſerua, quod ſi fiat legatum alicui Eccle-
5 ſiæ certæ quantitatis pro conſtructione lam-
padis tenendæ antè aliquam imaginem, illius
quantitatis non debetur intereſſe à die mor-
tis teſtatoris, tanquam legati pij, & facti Ec-
cleſiæ, ex *DD. citatis hic*, ſed à die interpella-
tionis, ea ratione, quia vſuræ non debentur,
vbi mera liberalitate, & abſque onere aliquid
legatur, *l. liberalitatis in princip.* vbi *Ang. & Sa-
lycet. ff. de vſuris,* & dicit *D. Author hic, nu. 21.*
Secundò, quia intereſſe aliud non habemus
quam damni emergentis, & lucri ceſſantis, vt
dicit *Leotard. de vſuris, quæſt. 74. & 75.* & in

pro-

propoſito caſu ad fauorem talis Eccleſiæ nul-
lum intereſſe conſiderari poteſt, vndè non
debetur. Eò magis, quia fructus rei legatæ,
quæ ſterilis eſt non debentur, vepută ſi legetur
aurum, vel argentum, veluti ſcyphus, nàm
neque poſt moram debentur, *l. 3. in fine, ff. de
vſuris*. Niſi ſit res, quæ locari ſoleat, quo caſu
hæres poſt moram teneatur legatario in id,
quod, locata ea re, mercedis nomine percipere
potuiſſet, *l. 19. verſ. Præterea Gallus, eod. tit.*

Obſeruatio ad Deciſionem XCI.

SVMMARIVM.

1 *In Indulto, quando comprahendantur pœna, & mulcta? & num. 2. 3. 4. & 5.*

AD *deciſ.* 91. adde decretum generale Regię
Cameræ anni 1572. relatum per *Reg. de
Marinis in decretis per ipſum collectis* 357. *in*
1 *ordine*, huius tenoris: Quod omnes cauſæ in-
terceptorum, & omnes cauſæ contrauentio-
nis Bannorum Regiorum per Curiam, & eius
Officiales emanatorum, tàm in cauſis frumē-
torum, quàm ſuper herbagijs Regiæ Dohanæ
Menepecudum, & aliàs quouis modo emana-
torum, comprȩhendantur in Indulto prædi-
cto, ità quod omnes inquiſiti, conuenti, ſeù
moleſtati per Regium Fiſcum ſuper cauſis
prædictis, gaudeant, & gaudere habeant In-
dulto prædicto, cum hac tamen declaratione,
quod in cauſis prædictis interceptorum præ-
dicti inquiſiti, qui voluerint gaudere Indulto
prædicto, teneātur reſtituere omnes diricttus,
tàm Dohanarum, quàm exituræ, vel tractæ,
vel aliaa quouis modo eidem Regiæ Curiæ
debitos: teneantur ſoluere Regijs Arrendato-
ribus medietatem totius intercepti, vel ratas
eiſdem debitas, virtute capitulationis ipſarū,
necnon tenantur ſoluere quartam partem
reuelantibus, vel ratam eis ſorte, *legitimè debi-
tam, &c.* fuerunt abſoluti ab alia medietate
Fiſco ſpectante, *Reg. Molts deciſ. 71. fol.* 137.

Fuit etiam prouiſum, quod excipiātur om-
2 nes condemnationes pecuniariæ & aliarum
pœnarum, quæ antè datam prædictam fuerint
factæ, & exequutæ, exactæ, incorporatæ, & aſ-
ſignatæ, compoſitæ, vel aliter ſit de ipſis cautū
Regiæ Curiæ, dummodò ſententiæ deſuper
latæ fecillent tranſitū in rem iudicatam dicto
die publicationis Indultus, taliter quod dicto
die ab eis reclamari non poſſit.

Et anno 1658. die 15. Iulij per Regiam Iun-
3 ctam controbannorum fuit deciſum, quod
inquiſiti de controbannis, & extractionibus
pro tempore præterito antè Indultum gene-
ralem, gaudeant dicto generali Indultò, ſolu-
tis diricttibua, & tractis, reſpictiuè debitia
pro rebus extractis, ſalua prouiſione facien-
da ſuper altero capite, vbi eſt facta exequu-
tio, vel ſequeſtrum bonorum, vt refert *D. Rocc.
de officijs, fol. 342. num.* 214.

Et anno 1662. dùm eſſet inquiſitus, & car-
4 ceratus D. Dux Balnearię ex cauſa controbā-
norum pendente inquiſitione, antè condem-
nationem, ſuperuenit Indultus de menſe Apri-
lis 1662. & quamuis Fiſcus prætenderet pœ-
nam, ex quo ei erat cautum per carceratione
Ducis, tamen die 28. Febr. 1663. per Regiam
Iunctam cōtrobannorum fuit deciſum, quod
Ill. Dux Balneariæ gaudeat generali Indulto,
non obſtante, quod reperiebatur carceratus
antè expeditionem cauſæ, & non erat lata
ſententia contra ipſum, *D. Rocc. ibidem n.* 216.

Vbi nota, quod vbi pœna interceptorum,
5 & ſic etiam valor bonorum interceptorum
ſpectat ad Fiſcum, per Indultum inquiſiti ſūt
liberati; Secùs vbi illa ſpectat ad Afflictato-
res, vel vt in noſtro Regno, ad Aſſignatarios
ex inſolutum datione facta illis per Regiam
Curiam, nàm tūnc dicta pœna eſt ſoluenda,
non obſtante tali Indulto, vt eruitur ex dicto
decreto anni 1572. & ſic vna vice apud Iudi-
cem efflagitabam. Cætera ad materiam hanc
videndus *D. Rocc. de offic. fol. 324. & ſeqq.* vbi
rem benè pertractat.

Obſeruatio ad Deciſionem XCII.

SVMMARIVM.

1 *An, & quando ædificium poſſit prohiberi.*
2 *An poſſit quis cogi ad vendendum domum, vel hortum?*
3 *An poſſint fieri feneſtræ, habentes aſpectum intus Eccleſiam? & num. 4.*

AD *deciſ. 92. in princ. obſeruat.* adde poſt *Rot.
Rom. deciſ. 229. coram Royas, D. Card. de
Luca de ſeruit. diſc. 21. num. 3.* vbi recenſet
1 in hac materia plures Sacræ Congregationis
reſolutiones. Videndus *Tanchredin. conſult.* 12.
Et obſerua, quod adeò vera ſunt ſcripta per
Dominum Authorem hic, quod quis impeditur
ædificare in altum eius domum, dùm ex tali
ædificio habetur aſpectus ad Clauſtra Mona-
corum, & multò magis Monialium, vt ſi pro-
pè Monaſterium Monacorum, ædificetur de
nouo Monaſterium Monialium, poteſt dictum
Monaſterium Monialium extollere aliquem
parietem, tàm in altum, vt Monaci prædicti
non habeant aſpectum ad eius Clauſtra, quā-
uis per parietem illum prohibeatur aſpectus
ad Montes, & per illum prohibeatur afflatus
venti Aquilonaris, vt fuit deciſum, & ſeruatū,
& inſpicienti patet, inter Monaſterium Hære-
miticum Sororis Vrſulæ Beniucaſa, & Mona-
ſterium Sancti Nicolai Tolentini in hac no-
ſtra Ciuitate Neap.

Ad ea, quæ diximus in *obſeruat. ad hanc de-*
1 *ciſ.num.24.verſ. Ampliatur* 15. Obſerua, quòd
cum prætendiſſet D.Regens Antonius Floril-
lus cogi Hoſpitale Incurabilium ad ſibi ven-
dendum quoddam Iardenum exiſtens in
Burgo Plagæ propè domum magnam dicti
Regentis, pro ampliatione dictæ domus, alte-
rius Iardeni dicti Regentis, & alijs ſuis com-
moditatibus, recuſante D.Hoſpitali, & exhi-
bēte illud ad cenſum dare, fuit per S.C. deci-
ſum, eſſe abſoluendum dictum Hoſpitale ab
impetitis, & viſa fuit inſubſiſtens dicta præ-
tenſio, in Banca . . .

Ad materiam huius *deciſ.* eſt pariter ob-
3 ſeruandum, quod non debent fieri feneſtræ
habentes aſpectum intus Eccleſiam, & ſi ad-
ſint debent claudi, *Scip. Rubeis in aphoriſ. Epiſc.*
ia verb. Oratorium, num.1., Sell. in ſuis ſelect. Ca-
non.cap.3.num.119. Barboſ. de iure Eccleſ.lib.1.
cap.11.ſub.num 28. Gauant.in Manual.Epiſcop.
verb.Eccleſia, num.27. Nicol.in ſuis floſcul.verb.
Proſpectus, num.1.& 2.& ita ſtatuiſſe Beatum
Pium Quintum anno 1566. vt refert *Fuſc.de*
viſitat.lib.1.cap.11. nu.10. Quaranta in ſumma
Bull.verb. Reuerentia Diuinorum, fol 582. *Paci-*
*chell.de diſtant.cap.6.membr.4.num.28.*vbi plu-
res refert *Rotæ deciſiones*. Nec ſufficit ſimplex
licentia Papæ, niſi expreſsè id concedat, *Pa-*
cichell.ibid.

Quod limita fauore Principum, ſeù Ma-
4 gnatum, & quoties Patroni in limine funda-
tionis hanc ſeruitutem velint conſtituere, &
habere, nàm in limine fundationis quaſcum-
que conditiones poſſunt apponere, etiam ſi
circa ſpiritualia ſint, & aduerſus ius commu-
ne, dummodò aliàs licitæ, ac poſſibiles ſint,
atque ordinarij conſenſus accedat, vt dixerūt
Lambertin.de iure patronat.lib.1. par.1. q.9. art.
1.num.49. Gonzal.ad reg.8. Cancell. gloſ.5. in
proæm.num.47.48.& 102.& ſeqq.gloſ.15.n.130.
gloſ.29.num.3.Gattier.conſ.1. & 2.num.1. Rota
deciſ.345.num.4.deciſ.379.num.20. apertè col-
ligitur ex *Sacr.Conc.Trident.ſeſſ 22.c.24. de re-*
format.& ſeſſ.25.c.5.9.& 10.de reformat. idque
notat *Molin.de commut.vltim.volunt.c.10.n.39.*

Obſeruatio ad Deciſionem XCIII.

SVMMARIVM.

1 *Aqua.an, & quando poſſit diuerti in præiudicium aliorum? & à num.2.ad num.7.*

AD *num.23.*adde *deciſ.Rotæ Romanæ coram*
D.Meltio Melenitana decurſus aquarum 31.
Ianuarij 1656. quæ eſt 9. poſt *tract. Pacichell.*
1 *de diſtantijs, & deciſ.30.& 37.*
Obſerua, quod aqua ex agris ſuperioribus
2 opere manufacto, non poteſt diuerti in agros
inferiores, inuitis Dominis, *l.1. & 2. §.item*
Vetus,& ibi, *Gloſ.& DD. ff.de aqua pluu.arcen.*
Laderch.deciſ.146. Barbat. de diuiſ. fruct. par.1.
cap.3.num.29. Antonell.conſ.88.num.199. Pech.
de aquaduct. cap.9.qu.31.num.18. & ſeqq. lib.2.
Gob.tract.var.tit.de aquis,q.11.num.6. Tanchre-
dia.conſult.83.num.1.

Obſerua ſecundò, quod aqua non poteſt
3 deriuari in vias publicas, *Paitell.exped.ciu.83.*
n.6.Conciol.in annot.ad Stat.Eugub.lib.6.rub.19.
Et non ſolum ex agris non licet deriuare
4 aquam in vias publicas, ſed neque ea deduci
poteſt per vias publicas, licet conceſſio per
Superiorem facta ſit, ſi de hoc ſpecialis non
ſit facta mentio in conceſſione, & reſeruato
intereſſe, & vtilitate publica, *Tondut, qq. ciuil.*
tom.1. cap. 48. num. 21. præſertim ſine ponti-
cello, quod etiam fieri non poteſt ſine licen-
tia Principis, *Tondut.d.cap.48. num.23. Portu-*
gal.de donat.reg par.3.tom.2 cap.3. num.47. Pe-
gaſ.ad ordinat.Regni Portugal.tom.6. ad lib.1.tit.
68.ad §.31 gloſ.35.num.1.& ſeqq.& gloſ.3.pag.
147.num.1.

Et Dominus fundi inferioris tenetur reci-
5 pere aquam fundi ſuperioris, *l.1.& 2. ff. de*
aqua pluu.arcen.Peitell.expedit.83.num. 12. &
ſeqq. & ibi, *Add.num.5.& 7.Felic. alleg.4. n.10.*
& 28.par.4.& alleg.5.Cyriac.controu.174. n.2.
& 688. num.31.& 41. poſt alios *Sabell. tract.*
var.§.aqua, num.1. Actolin.reſol.110.n.35. Non
tamen tenetur, quando ex earum nimio fluxu
nimia prædio inferiori afferretur læſio, etiam
ſi conuentio præceſſiſſet de aquis recipiendis,
Pacichell.tract.de diſtant. cap.8. num.19.

Maximè cum ager inferior ſentire ſoleat
6 commodum, cùm pinguedo terræ ad eum
decurrit, vt aduertunt *Paitell. d. expedit.83.nu.*
12.& ſeqq.Cyriac.controu.688.num.31. Etiam
ſi agro inferiori dicta aqua damnum afferat,
Add.ad Paitell. d.expedit.83. num.6. maximè ſi
concurrat longa conſuetudo, quæ ſeruanda
eſt, perindè, ac ſi ſeruitus eſſet impoſita, *Add.*
ad Paitell.d.expedit.83.num.6. & 7.Cyriac.con-
trou.179.num.3.

Et diuertens aquam fluminis, à ſolito ſuo
7 curſu ex plantatione arborum, ſeù alio modo
faciendo, aquam regurgitare in damnum vi-
cini, tenetur remouere impedimentum, *l.1.§.*
ſed & apud. ff. de aqua pluu. arcend. Add. ad Pai-
tell.d.expedit.83.n.22. vbi dicunt competere
contra diuertentem aquam à ſuo ſolito curſu,
interdictum Iudicis officio, *Coſta de ſcient. &*
ignorant. cent.2. diſt.1. num.37. & ſeqq. Cyriac.
controu.179.num.7.& 8. Conciol. ad Statut.Eu-
gub.lib.6.rubr.24.

Obſeruatio ad Deciſionem XCIV.

SVMMARIVM.

1 *An* Pragm. 33. de feudis *comprehendat filiam fœminam?*

2 *An*

2 *An frater conſanguineus, vel vterinus ſuccedat in feudis fratris, ſi feuda illa non peruenerint ex linea vndè eſt coniunctus? & num. 3. & 4. Et quid in feudis nouis? & num. 5. Et an patruus ſuccedat nepoti, & è contra? & num. 6.*

AD *deciſ. 94. ad num. 3. & 30.* vbi fit mentio gratiæ conceſſæ huic Regno, feudatarijs a Rege noſtro anno 1605. de qua in *Pragm.*
1 33. *de feudis*, vt poſſit feudatarius habens fœminam immediatam ſucceditricem in feudis, inſtituere in illis, maſculum remotiorem immediatum ſucceſſorem poſt illam fœminam, relicta dote dictæ fœminæ. Obſerua quod, an dicta gratia compræhendat etiam filiam fœminam feudatarij, vel ſolùm fœminas etanſuerſales, ſecundùm diſputata per *Nos in addit. ad cõſ. 1. lib. 1. D. Authoris*; fuit deciſum per Sacrum Conſilium iunctis Aulis anno 1630. eſſe conſulendam Suam Maieſtatem, in cauſa Laudatorum Ducum Marzani. Videndus ad materiam huius gratiæ *D. Conſil. Ioſeph de Roſa in lecturis feudalibus, lectura 10. & ſeqq.*

Ad eandem *deciſ. num. 8.* obſerua, an frater
2 conſanguineus, vel vterinus ſuccedat fratri in feudo antiquo, ſi non ſit coniuncta ex illa linea, vndè feudum illud peruenit defuncto?

Et reſolutiuè dicimus, ſuccedere, tàm ſi in-
3 ueſtitura feudi ſit *pro ſe, & hæredibus*, quàm *pro ſe, & hæredibus ex corpore*. Quoad primam inueſtituram ità firmarunt per *Conſtit. Regni incip. Vt de ſucceſſionibus, Medic. conſ. 85. nu. 18. Andr. in cap. 1. de grad ſucc. in feud. & in d. Conſt. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de ſucceſſ. mulier. §. 1. Anell. de Amat. cõſ. 97. & 98. Reg. Marcian. diſp. 88. Reg. de Marinis reſol iur. cap. 126. num. 1. & num. 8. & 9.* vbi latè tractat, an, & quando frater, vel ſoror ex vno latere coniuncta ſuccedat, & ponit plures caſus, & *lib. 2. cap. 103.* Vbi ponit quæſtionem, ſi frater vterinus ſecundogenitus, in ſucceſſione feudi paterni fratris vterini, cuius inueſtitura canit, *pro ſe, & hæredibus* ſimpliciter, præferendus ſit nepoti ex fratre vterino primogenito præmortuo, & fundat pro nepote, quamuis in fine dicat articulum difficilem, & in *d. cap. 103. nu. 1.* impugnat *D. Præſ. Vrſin. de ſucceſſ. feud. par. 2. q. 2. ar. 1.* cõtrarium tenentem, quoad primum articulum.

Quoad ſecundam inueſtituram, etiam ſuc-
4 cedere fratrem vterinum, vel cõſanguineum, fundat lariſſimè Reg. *Marcian. diſp. 89.* contra allegata per *D Vrſin. de ſucceſſ. feud. par. 2. q. 2. art. 2. & diſp. 90.* refert, gratiam conceſſam per Suam Maieſtatem huic Regno anno 1622. die 13. Auguſti, ad fauorem illorum, quamuis contrarium in vtraque inueſtitura conetur fundare, contra opinionem patris, *Reg. Marcian. filius exercitat. fiſcal. 9.* Sed illius fundamenta diluuntur per dicta ſui patris, vt legẽti patet. Eſt benè verùm, quod quando caſus accidit, fuit quæſtio ſopita tranſactione cum Regio Fiſco, vt habetur in dictis *diſp. D. Marcian. patris.*

In feudo verò nouo, ſine dubio, frater vte-
5 rinus, vel conſanguineus ſuccedit, etiam ſi inueſtitura cauat: *pro ſe, & hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus*, ex gratijs huic Regno conceſſis per Reges noſtros, de quibus in *cap. 3. fol. 160. in cap. 2. fol. 168. in cap. 1. fol. 171. inter Priuileg. & Capit. Neap. & in Pragm. 29. de feudis, Reg. de Marinis lib. 1. reſol. 126. nu. 50. & ad* Reg. *Reuert. deciſ. 89. & 137.*

An patruus ſuccedat nepoti in feudo pa-
6 terno, vel ab ipſo acquiſito? & an nepos ſuccedat patruo? Secundò caſu nepos ſuccedit patruo, ſeù auunculo, etiam in feudo nouo, adhùc conceſſo, cum clauſula: *pro hæredibus ex corpore*, ex gratija huic Regno conceſſa, de quibus in *Pragm. 24. & 27. de feudis.* In primò caſu in feudo nepotis ab ipſo, vel à patre ſuo acquiſito, patruus ſuccedere nequit, nàm nullibi in Regno legimus, vt patruus, vel auunculus in feudo nouo nepotis ſuccedere poſſit, nec per *Conſtit. Vt de ſucceſſionibus*, nec per *cap. conſiderantes*, nec per gratias huic Regno conceſſas, nàm per illas, in feudo nouo, cum clauſula: *pro hæredibus ex corpore* conceſſo, non fuit permiſſa, niſi ad fauorem fratris, & nepotis, vt ſcilicet frater ſuccedere poſſit fratri, & nepos patruo, vel auunculo, ſed quod patruus, vel amita in feudo nouo nepotia, cum clauſula: *ex corpore* conceſſo, ſuccedere poſſit, nullibi legitur in dictis gratijs, nàm gratia conceſſa anno 1532. & alia anno 1550. poſitæ in *Prag. 6. & 12. de feud.* apertè loquitur de feudo antiquo, ergò neceſsè eſt dicere, ſucceſſionem in feudo nouo ſub iuris diſpoſitione remanſiſſe, ſed data inueſtitura, *pro ſe, & hæredibus ex corpore*, omnes feudiſtæ concorditer dicunt, vt nemo ſuccedere poſſit in feudo nouo, niſi ſit ex corpore illius, qui feudum illud quæſiuit, ergò vt poſſit ſuccedere patruus, vel amita in feudo nouo nepotis, cum clauſula prædicta, neceſsè eſt, vt Rex pro ſua benignitate id ſtatuat, prout conceſſit fratri in feudo fratria, & nepoti in feudo patrui, vel auunculi, *D. Author hic, Reg. de Marinis ad* Reuert. *dec. 137.*

Obſeruatio ad Deciſionem XCV.

SVMMARIVM.

1 *Quando dicatur perfectum teſtamentum nuncupatiuum implicitum, & quæ requirantur ad illius validitatem? & num. 2. 3. 4. 5. & 6.*

AD *deciſ. 95.* obſerua, quod teſtamento nuncupatiuo implicito dicitur ſatisfactum quoties teſtator dixit in ſchedula Notario
1 conſignata, contineri ſuam poſtremam volũta-

tatem, de qua idem Notarius fuit rogatus coram ſeptem teſtibus, & huiuſmodi forma teſtandi perindè valet, ac ſi teſtator proprio ore hæredem nominauerit, nec requiritur, quod teſtes fuerunt facti certiores de his, quæ in Cedula teſtamentaria continentur, *Bart. in l. ſi ità ſcripſero 30. num. 1. ff. de condit. & demonſtrat. Clar. §. teſtamentum q. 4. num. 3. & q. 36 num. 2. Berlich. concluſ. 4. num. 25. par. 4. Caſtill. tom. 4. contr. cap. 20. num. 28. & ſeqq. Epiſc. Thomat. deciſ. 82. num. 19. Addit. ad Buratt. deciſ. 475. nu. 22. Rota deciſ. 570. num. 7. & 581. num. 6. par. 4. rec. tom. 3. Card. Otthobon. deciſ. 181. num. 5. & ſeqq. Duran. deciſ. 206.*

Eò magis ſi ſchedula ſit ſcripta à Confeſ-
2 ſario, de quo lex magnoperè confidit, vtpotè curam animæ habente, Reg. *Capyc. Latr. deciſ. 12. num. 10. Buratt. deciſ. 211. num. 9. Cardin. Otthobon. deciſ. 145. num. 16.* & ſubſcripta à teſtatore, qui manu propria ſigno Crucis illam obſignauit præſentibus tribus teſtibus Religioſis, ac Sacerdotibus probatæ vitæ pariter ſe ſubſcribentibus, *Duran. dec. 180. num. 6.*

Et Notarius legalis, & boni nominis adhi-
3 bitis ſeptem teſtibus de conſignatione ſchedulæ ſit rogatus, *Otthob. d. deciſ. 181. num. 9. & ſeqq. Rota deciſ. 96. num. 5. & ſeqq. par. 5. Duran. d. deciſ. 180. num. 3. & ſeqq.*

Nàm quando ſchedula eſt dimiſſa in mani-
4 bus Notarij nihil aliud requiritur pro verificanda illius identitate, quàm fides eiuſdem Notarij, penès quem fuit dimiſſa, *Piſtor. obſer. 199. num. 10. Laua de forma teſtam. nuncupat. nu. 14. 32. & ſeqq. & conſ. 1. poſt dictum tract. nu. 48. & 86. Latra conſult. 14. num. 38. Addit. ad Burat. deciſ. 475. num. 21. Duran. deciſ. 180. num. 3. Otthobon. d. deciſ. 181. num. 11.*

Nec dicatur, quod ſubſcriptio cum ſigno
5 Crucis non ſuffragetur, dùm non conſtat teſtatori fuiſſe lecta contenta in ſcriptura, *Angel conſ. 409. num. 1. Caball. conſ. deciſ. 11. num. 7. lib. 2. Menoch. lib. 3. præſumpt. 66. num. 21.*

Nàm in contrarium iuris vrget præſump-
6 tio, *l. ſicut, §. non videtur, ff. de ſtatu homin. Maſcard. de probat lib. 3. concluſ. 1341. nu. 19. Caler. de proceſſ. exequut. cap. 1. par. 3. num. 130. Cancer. var. par. 1. cap. 22. num. 2. Rub. pract. concluſ. de teſtamentis, cap. 26. num. 239. & ſeqq.* bene Rota *rec. deciſ. 263. num. 16. par. 4. tom. 2,* vbi quod ſit præſumendum, quod teſtator ſciuerit, & legerit contenta in Cedula, & *deciſ. 581. num. 17. & ſeqq. eadem par. 4. tom. 3.* quæ *num. 21.* rectè aduertit, quod ex aduerſo allegata procedant, quoties agitur de ſubſcribente obligando, nã tunc poteſt intelligi non eſſe ſubſcribenti factum præiudicium, niſi conſtet fuiſſe illi lectã, vel cognitam ſcripturam, quam ſubſcripſit, ſecùs quoties, vt in caſu noſtro, de teſtamento ſolemniter confecto, & rogato à Notario, coram teſtibus, in quo licet teſtator habuerit relationem ad Cedulam, ſufficit conſtare de certitudine illius, neque eſt opus aliud probare, ex *ſup. cit.* latiſſimè *D. Epiſc. Rocca diſput. iuris, cap. 39. & 40.*

Obſeruatio ad Deciſionem XCVII.

AD *deciſ. 97.* eſt obſeruandum, quod Impreſſor tertij tomi poſthumi conſiliorum D. Authoris, poſuit tanquam conſilium D. Authoris in *num. 63.* cauſam contentam in hac *deciſ.* incip. *Scipio Samblaſius*, & hoc nullo modo eſſe poteſt, nàm ſi D. Author votauit in hac cauſa, & fuit Commiſſarius illius, vt dicitur hic in fine, quomodo poterat in illa eſſe Aduocatus? potuit benè eſſe votum D. Authoris, & ideò fuit repertum inter eius ſcripturas.

Obſeruatio ad Deciſionem C.

SVMMARIVM.

1 *An mater excludatur à ſucceſſione filij decedentis in pupillari ætate, ſi pater ſubſtituerit alium pupillariter, attenta Conſuet. Neap.? & nu. 2. 3. 4. & 5.*

AD *num. 1. 4. 15. 20. 23. & 27.* de ſubſtitutione pupillari. Obſerua, an ſicut mater excluditur per pupillarem ſubſtitutionem à
1 patre filio ordinatam, etiam à legitima, quæ de iure ad filium ſuper bonis prædefuncti patris, ſpectabat, per dicta per *Reg. de Marinis lib. 1. cap. 265. D. Epiſc. Rocca diſp. iuris cap. 5. n. 18. & ſeqq.* ſit pariter excludenda attento iure municipali huius Ciuitatis Neapolis? Et quoad bona per patrem quæſita, nulli dubium eſt, quin mater excludatur, quia quoad hæc bona, nil eſt immutatum per ius conſuetudinarium, *Ant. de Alex. in Conſuet. Si aliquis moriens in add. incip. Imò videtur,* qui licet loquatur, quando cum ſubſtituto concurrunt agnati, ratio tamen, quàm aſſignat, verificatur etiã quando concurrit mater. Quo vero ad bona per ipſum non quæſita, ſed ei peruenta à maioribus, ſecùs dicendum eſſe, dicit *Reg. de Marinis lib. 2. reſol. cap. 129.* & ſic matrem ſuccedere in integra medietate patris ſubſtituentis.

Sed ſi vera ſit concluſio, quod ſubſtitutio
2 pupillaris ſit teſtamentum filij, & patris; quæ veriſſima eſt, *l. patris, & filij 20. ff. de vulg. & pupill. l. 2. §. priùs ff. eod. cap. ſi pater in fine de teſtam. in 6. l. 2. §. 1. ff de hæred. vel act. vendit. Fuſar. de ſubſtit. q. 88 num. 2. verſ. Et dicitur, Gomez var. tom. 1. cap. 4. num. 7 verſ. Non obſtat, Amat. reſol. 2. nu. 27. Paſchal. de patria poteſt. par. 1. c. 9. num. 5.* vbi *Pratus, Card. de Luca de fideicommiſſ. diſc. 79. n. 5. Giurba dec. 11. & obſ. 72. Montan. de regal. § fin. n. 13. in princ.*

Cer-

Certum eſt, quod mater nil aliud prætendere poteſt quam legitimam in illa medietate
3 bonorum antiquorum, nàm illam tantum filius matri relinquere debet, *Napod.in Conſuet. Filiusfam. verſ.Si nolit, num.* 18. *& in Conſuet. Et ſi teſtator.in verb. Proximiores*, vbi *Ant. Capyc.in addit.*incip.*Si ergò habet patrem, Franch. dec.*606.*num.*9.

Obſtat tamen huic noſtræ concluſioni do-
4 ctrina *Napod.in Conſuet. Filiusfam.in Gloſ.poſſunt, verſ.Sed certè ſub num.* 8. vbi dicit, quod ſubſtitutus pupillaris, licet capiat à pupillo, non tamen ex diſpoſitione pupilli, ſed patris, cum pupillus non fecerit teſtamentum, neque poſſit dici teſtator, quia vnus eſt teſtator, ſcilicet pater, & quod licet ex diſpoſitione iuris, filius dicatur decedere teſtatus, veriùs ſit tamen ex teſtamento patris, non ſuo, latè *Dom. Epiſc. Rocca diſp.iuris d.cap.*5. *per totum.*

Sed melior ratio eſt pro noſtra opinione,
5 quod de iure communi nulli dubiũ eſt, quod per ſubſtitutionem pupillarẽ excluditur mater à legitima, vt diximus ſuprà, & ſic ſubſtitutio habet locum in totum, in beneficium ſubſtituti, excluſa ab omnibus matre, & tamen pater ipſe reſpectu legitimæ debitę filio, habet os clauſum, & arbitrium refrenatum, cum ſuper illa nullum onus imponere poſſit, ex *tex.in l.quoniam in prioribus, C.de inoffic.teſtam.* Igitur idem dicendum eſt quoad medietatem bonorum antiquorum debitam filio *de iure Conſuet. Neap.* quæ debetur tanquam legitima, cum ſit aucta legitima filiorum per noſtras *Conſuetudines de triẽte*, quando ſunt quatuor, aut pauciores, ad ſemiſſem, ſeù medietatem, *Gloſ.in Conſuet.Si aliquis moriens, verb.Subſidio, & verbo Reſeruato, Montan.controu.*1.*num* 65.*Franch. dec.*374.*P.Molfeſ.ſuper Conſuet.Neap.par.*4.*qu.*60.*num.*18.

Obſerua, quod contra *alleg.*3. in ordine, hic in fine *deciſ.impreſſ.* pro authoritate Regię Cameræ ſcripſit *D. D. Carolus Calà Dux Diani*, tunc Aduocatus Fiſcalis Regiæ Cameræ, illius allegatio eſt impreſſa per *Nicol. Top.in* 3. *tom.de orig.Tribunal. fol.*430.

APPENDIX AD NOVAS OBSERVATIONES.

AD *deciſ.*2. adde, quod per S.C. referente Dom.D.Carolo Petra Regio Conſil.cum interuentu Dom.Præſidentis, fuit deciſum prima hebdomada menſis Nouembris 1687. non ſufficere remiſſionem factam a ſolo patre de morte filij, dùm adſunt fratres mortui, per *Pragm.*7. *de compoſit.* penès Secretarium.

Ad eandem *dec.* videndus *Doctiſſimus Dom. D. Bonauentura Triſtany in aureis deciſionibus Cathalon.dec.*25. vbi agit de Nummularijs, & Bancherijs extraheotibus pecunias falſitate, mediante, à Tabula, ſeù Banco, de eorum pœna, & alijs.

Ad *deciſ.*3. ad materiam concluſionis: hodiè emo, cras dono. Adde pro opinione *D. Authoris*, allegaſſe *D. Pratum diſcept.* 46. *lib.*2. in donatione facta à Præſidente Amendola eius, vxori ad euitandum ius congrui, cuiuſdam domus in via S. Luciæ ad Mare, illorum de Palatucijs.

Ad *deciſ.* 4. adde *Dom. Triſtany dec.* 21. vbi latè agit. An exulatus per pactum teneatur, & ei incumbat probare ſeruaſſe pactum, & non Fiſco illud fregiſſe; & an exulatus per ſententiam, vt incidat in pœnam, debeat actu capi in fractura exilij.

Ad *deciſ.*8. videndus *Dom.Triſtany dec.Cathal.*5.

Ad *deciſ.*12. in cauſa D. Antoniæ Capece fuit Commiſſarius D. Fuluius Caracciolus in Banca Ioſephi de Neapoli.

Ad *deciſ.* 13. obſerua, quod deciſio fuit reuocata per S.C. referente D.Petro Cortes Delegato Banci Sanctiſs. Saluatoris in Aula D. Padillæ, in cauſa dicti Banci cum Marco de Matthæis giratario cuiuſdam fidei crediti ducatorum 60. in faciem D. Franciſci Graca, nàm fuit deciſum, quod non moleſtetur Bancum, ſaluis iuribus dicto Marco giratario, cõtrà quos decet: huius deciſionis notitiam mihi dedit doctus Amicus noſter Doctor Franciſcus de Conſtantio. Sed deciſio illa fuit facta ex eo, quia interrogatus pluries dictus Marcus giratarius à quo habuit dictam fidẽ, ex quo falsè girata præſumebatur à vero Domino, noluit dicere. Et ſic non poteſt afferri in exemplum.

Ad *deciſ.*24. videndus *D. Triſtany deciſ.* 19. vbi latè agit de materia melioramentorum factorum in prædio ab emptore, inſtrumento gratiæ in caſu retractus, quomodò illa ſint reſtituenda, an iuxtà valorem impenſi, an meliorati; & de tempore reſtitutionis.

Ad *deciſ.*41. videndus *D.Mucci ad Reg. Sanfel. dec.* 144. qui impugnat illum, ſed an benè videat Lector.

Ad *deciſ.*69. videndus *D.Mucci ad Sanfel.dec.* 77. vbi Nus impugnat, ſed an benè videat Lector.

Finis Nouarum Obſeruationum.

INDEX MATERIARVM.

A

ÆDificium quando poſſit prohiberi fieri? obſeruat. 92.

Appellatione communis patriæ quæ veniat? obſeruat. 11. quid appellatione Curiæ? ibidem appellatione patria, & territorij? an veniat mare? ibid.

Aqua an, & quando poſſit diuerti in præiudicium inferioris, vel alterius? obſeruat. 93.

Aſſenſus Regius an requiratur in caſu, quo quis contrahat cum conſenſu Regis? obſeruat. 83.

Auxilium dans delicto, quando puniatur, vt principalis? obſeruat. 15.

B

BAncum quando teneatur ſoluere præſentanti fidem crediti? obſeruat. 12. & in Append.

Bona miſſa à ſponſo ſponſæ, an cenſeantur donata? obſeruat. 12.

C

CAducitas an detur in caſu propoſito? obſeruat. 89.

Ciuis Neap. ex Pragm. ſi diſcedat à Ciuitate an, & quando perdat Priuilegium? obſeruat. 75.

Clericus pro re habita à manu Iudicis laici, quando coram eodem poſſit conueniri ſuper eadem re? obſeruat. 44.

Commiſſariorum ſalaria quando ſolui debeant ab inquiſitis? obſeruat. 67.

Confinia an poſſit habitare prohibitus accedere ad aliquem locum? obſeruat. 11.

Conſenſus patris quando ſit neceſſarius ad contractum filiſfam. obſeruat. 69.

Conuentio eſt perfecta ſine ſtipulatione inſtrumenti? obſeruat. 88.

Controbanni pœna an extinguatur per mortem delinquentis? obſeruat. 64.

Creditor Titij emphyteutæ, an poſſit purgare moram Sempronij ſui debitoris patientis deuolutionem? obſeruat. 29.

Creditor diù non petens debitum illud cenſetur ſolutũ? obſeruat. 43.

Creditor habens obligata bona libera, & ſubiecta fideicommiſſo, quando poſſit ſatisfieri ſuper ſubiectis fideicommiſſi? obſeruat. 45.

Curia appellatione quid veniat? obſeruat. 11.

D

DElegatus Arrendamenti cognoſcit Officiales illius? obſeruat. 74.

Delictum omiſſionis, an commiſſionis ſit in caſu propoſito? obſeruat. 36.

Delictum, & eius pœna an pereat morte delinquentis? obſeruat. 64.

Depoſitum an liberet à curſu vſurarum? obſeruat. 35. quando cenſeatur ritè factum? ibid.

Donatio ſimulata domus, quando excludat ius congrui? obſeruat. 3. vbi alia remiſſiuè de donatione ſimulata.

Dona miſſa à ſponſo ſponſæ an cenſeantur donata? obſeruat. 12.

Datis legatariis, vel ſtudij præferatur? obſeru. 57.

Decuriones Vniuerſitatum an teneantur ad onera Vniuerſitatum? obſeruat. 70.

Delegatus Arrendamenti an poſſit eſſe, qui habet intereſſe in illo? obſeruat. 80.

E

ECcleſiam intus, an poſſit quis habere feneſtras? obſeruat. 92.

Educatio puerorum eſt arbitraria Iudici? obſeru. 8.

Electi Vniuerſitatum an ſubeant illarum onera? obſeruat. 70.

Emptor ſi fecerit meliorationes ſuper re empta, pendente termino ad retrahendum, an ſint ei ſoluendæ? obſeruat. 24.

Exilium fuiſſe ruptum, cui incumbat onus probandi Fiſco, an non? obſeruat. 4.

F

FAlſitas, quæ non eſt nocibilis an, & quando ſit punibilis? obſeruat. 2. num. 3. & ſeqq.

Falſitatis ſuſpicia oritur contrà non petentem ſtatim, viuo debitore creditum? obſeruat. 43.

Familiæ delicta an ſubeat Officialis? obſeruat. 75.

Fatalia an currant in S.C.? obſeruat. 21.

Feneſtræ an poſſint fieri in muro diuiſorio? obſer. 30. an intus Eccleſiam? obſeruat. 92.

Filia fœmina an comprehendatur in Pragm. 33. de feudis? obſeruat. 94.

Filiorum ſpuriorum materia? obſeruat. 25.

Filius an, & quando obligetur ſine conſenſu patris? obſeruat. 69. vbi an teneatur, & quando ad debitum patris, quamuis non ſit illius hæres?

Fiſcus an, & quando ſit immunis à gabellis? obſeruat. 71.

Fructus legatorum an, & quando debeantur? obſeruat. 90.

Fur an excuſetur à pœna furti, ſi Dominus dicat furtum fuiſſe commiſſum ſua voluntate, & quid ſi reſtituat rem furatam? obſeruat. 68.

Fra-

Digitized by Google

Frater vterinus, vel conſanguineus, an ſuccedat fratri in feudo? obſeruatio 94.

G

Gabella in quo differat à iure prohibendi? obſeruatio 17.
Gabella an ſoluatur per Fiſcum? obſeruatio 70.
Gratia facta cum remiſſione non à proximiore, ſed ab alio, ex quo ille proximior erat apud Turcas, ſi ille reueratur, an annulletur? obſeruatio 2. nu. 2.

H

Hæres in vſufructu, an liquidet inſtrumentum? obſeruatio 26.

I

Incendij pœna qua quis teneatur? obſeruatio 59. vbi cuius culpa incendium factum præſumatur, & alia ad materiam.
Intereſſe alterius intereſſe quando debeatur? obſeruatio 9.
Inſtrumentum non eſt neceſſarium quando conuentio inter partes eſt perfecta? obſeruatio 88.
Iudex Arrendamenti an poſſit eſſe habens intereſſe in illo? obſeruatio 80.
Iudices dati ad dirimendam paritatem, illa dirempta, non poſſunt amplius interuenire? obſeruatio 52.
Ius remittendi regulatur à iure quærelandi? obſeruatio 2. num. 1.
Ius quæſitum feudo an tranſeat in ſucceſſorem? obſeruatio 6. num. 2.
Ius prohibendi in quo differat à gabella? obſeru. 17.
Ius congrui an competat in venditione ſubhaſta? obſeruatio 24. num. 1.

L

Laicus an poſſit fideiubere pro Clerico, & conueniri coram Iudice Eccleſiaſtico? obſeru. 19.
Laudemium an habeat viam exequutiuam? obſeruatio 73.
Legatarius pro dote, vel pro ſtudio præferatur? obſeruatio 57.
Legatorum fructus quando debeantur? obſeruat. 90.
Legitima matris quanta ſit? obſeruatio 22. an ſit legitima relinquenda titulo inſtitutionis? ibid.
Legitima an debeatur matri in bonis filij per ſubſtitutionem pupillarem? obſeruatio 100.
Libra auri quanta ſit? obſeruatio 46.
Locus prohibitus non dicitur ſi quis tranſeat, non autem commoretur? obſeruatio 11.

M

Mater an excludatur per ſubſtitutionem pupillarem à medietate bonorum antiquorum in Ciuitate? obſeruatio 100.
Matris legitima quanta ſit? obſeruatio 22.
Meliorationes factæ per emptorem pendente termino ad retrahendum, an ſint ſoluendæ? obſeruatio 24.
Monachus factus Epiſcopus an recuperet bona renunciata? obſeruatio 10. an locum in Collegio? n. 5.
Monopolium quid ſit, & à quo poſſit exerceri? obſeruatio 17.
Moneta reprobata quando creditor illam recipiendo, poſſit poſteà reſpuere? obſeruatio 35.
Mora an poſſit purgari à creditore debitoris? obſeruatio 29. & 53.
Mora an neceſſaria quoad fructus legatorum? obſeruatio 90.
Mors omnia ſoluit? obſeruatio 64.
Mulcta, & pœna quando comprehendantur in Indulto? obſeruatio 91.
Murus diuiſorius an patiatur feneſtras? obſeru. 30.

N

Neapolitanus an perdat priuilegium ſi diſcedat à Ciuitate? obſeruatio 75.
Nepoti in feudis an ſuccedat patruus, & è contrà? obſeruatio 94.
Nominās an, & quando teneatur de culpis nominati? obſeruatio 71.
Notarij ſportulæ an ſint depoſitandæ in depoſito? obſeruatio 35. num. 17.
Nouitius exiens à Religione quando recuperet renunciata? obſeruatio 10. vel vadat ad Religionem capacem? num. 4.
Nouitius diſponens in Ciuitate Neap. an ſit ſubiectus Conſuet. Neap. quoad medietatem bonorum antiquorum? obſeruatio 85.

O

Officiales Arrendamentorum cognoſcuntur per Delegatos? obſeruatio 74.
Officiales qui præcedant alijs? obſeruatio 65.
Officialis an, & quando poſſit habere duplex ſalariū? obſeruatio 66.
Officialis quando habeat ſalarium ab inquiſito? obſeruatio 67.
Officialis an teneatur pro delictis familiæ? obſeru. 79.
Onera Vniuerſitatis an ſubeant Decuriones illius? obſeruatio 70.

P

Pactum, quod non poſſit affrancari pignus infrà aliquod tempus, an validum? obſeruatio 33.
Paries vide murus? obſeruatio 30.
Patria communis appellatione qua veniat? obſ. 11.
Patruus an ſuccedat nepoti in feudis? obſ. 94.
Pignus an patiatur pactum non affrancandi infrà aliquod tempus? obſeruatio 33.
Pœna furti an euitetur ſi fur reſtituat rem furatam, vel Dominus dicat furtum fuiſſe factum ſua voluntate? obſeruatio 68.
Pœna Officialis delinquentis in officio? obſeruatio 36.
Pœna controbanni an tranſeat ad hæredes? obſ. 64.

Pœ-

Pæna quando comprehendatur in Indultu? obſ. 91.
Præcedentiæ materia inter Officiales? obſeru. 65.
Præmorientia an detur in caſu propoſito? obſ. 89.
Priuilegium conceſſum magno Principi ſuper aliquo feudo, an tranſeat ſucceſſori? obſ. 6. num. 1.
Priuilegia conceſſa per Reges *Aragoneos, an debeant obſeruari per* Reges *noſtros? obſ. 71.*
Pragmatica 31. de feudis *an comprehendat filium diſponentis feudatarij? obſ. 94.*
Purgatio moræ quando admittatur? obſ. 53.

Q

QVarta debita coniugi pauperi, an poſſit excedere centum libras auri, & libra quanta ſit? obſ. 46.

R

R*Ecurſus competens Fiſco? obſ. 14.*
Remedium l. diffamari, C. de ingen. & manumiſſ. & l. ſi contendat de fideiuſſ. *obſ. 1. num. 71. & ſeqq.*
Re*quiſita ad teſtamentum nuncupatiuum implicitum? obſeru. 95.*
Re*ſtitutio ex gratia, et ex iuſtitia? obſ. 37.*
Rex *noſter an teneatur ſeruare priuilegia conceſſa per* Reges *anteceſſores Aragoneas? obſ. 71.*

S

S*Alarium quando duplex Officiali debeatur, ſi duplicem laborem ſubeat? obſ. 66.*
Salarium quando debeat ſolui Officiali ab inquiſitor? obſeruat. 67.
Soror an remittat de morte fratris, exiſtente fratre? obſ. 2. n. 1.
Studij legatarius, vel dotis præferatur? obſ. 57.
Subſtituens quando teneatur de culpis ſubſtituti? obſer. 5. et 71.
Subſtitutio pupillaris an excludat matrem pupilli à medietate bonorum antiquorum? obſ. 100. vbi an ſit teſtamentum filij, vel patris?

T

T*Ertius veniens ad cauſam an, et quando debeat audiri? obſ. 1. n. 1. et ſeqq.*
Teſtamentum nuncupatiuum implicitum, quæ requirat? obſ. 95.
Tranſiens per loca probibita an puniatur? obſ. 11.

V

V*Ia exequutiua an competat pro laudemio? obſeruat. 73.*
Vicinus ædificans quando poſſit prohiberi? obſ. 92. vbi quando poſſit cogi ad vendendum domum, vel hortum?
Vicinus an poſſit diuertere aquam in præiudicium vicini? obſeruat. 93.
Votorum paritas in Iudicibus, an publicetur ſecundum votum adiunctorum? obſeruat. 52. num. 2.

LAVS DEO.

1456436